BALDI BALDII FLORENTINI

MEDICINÆ PRACTICÆ IN ALMO Vrbis Gymnaſio Profeſſoris Ordinarij.

DISQVISITIO IATRO-PHYSICA

Ad textum 23. libri Hippocratis

De Aere, Aquis, & Locis; Num in eo legi debeat

Χολωδέστατον, vel Θολωδέστατον,

ideſt, bilioſiſſimum, vel turbidiſſimum.

IN QVA DE CALCVLORVM CAVSIS, ac de Aquæ Tiberis bonitate ſtrictim diſſeritur.

ET QVÆSTIO de maiori nunc, quàm præterito ſæculo, Calculoſorum in Vrbe frequentia, elucidatur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, Ex Typographia Ludouici Grignani. 1637.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac.Pal. Apoſt.

Io. Bapt. Epiſc. Cam. Viceſg.

DE mandato Reuerendiſs. P. Fr. Nicolai Riccardij Sac. Pal. Apoſt. Mag. vidi *Diſcurſum* hunc Excellentiſs. Viri Baldi Baldij, & diligenter percurri; omnia in eo offendi typis, & publica luce digniſsima, nihil quod fidei, aut bonis moribus non ſit conſonum.

Ita teſtor ego Paulus Zacchias Medicus Phyſ. manu propria.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Lupus Mag. & Socius Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILL.MO ET REV.MO D. D.

THADAEO COLLICOLA
S. D. N.
VRBANI VIII. P. M.
MEDICO A CVBICVLO
ET CANONICO VATICANO.

Baldus Baldus S. P. D.

NOBILISSIMOS in omni æuo, & perquam ſimiles tui Medicos (Vir Clariſsimè) quòd tùm ingenij acumine, tùm naturæ viribus maximos Reges, dominoſque rerum Principes ab imminenti vitæ diſcrimine reuocaſſent, ſummis honoribus auctos, ornatoſque fuiſſe, ex Hiſtorijs non infrequenter accepimus. In quibus Antonius Muſa, vt vnum ex multis, vel ex Romanis proferam, cùm Augu-

Digitized by Google

ſtum, cui mederi iam antea conſueuerat, grauiſſimo conflictatum morbo, priſtinæ incolumitati reſtituiſſet, tantam ab vniuerſo Populo Romano laudem, & gloriam adeptus eſt, vt vel in ipſo Capitolini cliui faſtigio inſignem Statuam iuxta ſignum Æſculapij *vt Suetonius ait, promeruerit. Atqui tenue id fuerit honoris genus, ſi Philippum illum Acarnanem nobilem Magni Regis medicum attendamus; quem, vt Curtij verbis vtar,* non minus auidè quàm ipſummet Alexandrum intuebatur exercitus, & pro ſe quiſque dexteram eius amplexi, grates habebant, velut præſenti Deo. *Quid ita? nempe quia Regem ſuum intempeſtiuo Cydni amnis frigore penè exanimatum, cuiuſdam pharmaci virtute in conſpectum militum poſt triduum ſoſpitem reduxiſſet. Ex quo nemini, vt exiſtimo, dubium eſſe poterit, quot, quantiſque Tu, Vir Illuſtriſſime, honoribus ſis exornandus, qui Supremum Vrbis & Orbis Principem VRBANVM VIII. diuturno grauique morbo decunbentem, eximia prorſus arte, atque ingenio in priſtinam vindicaueris incolumitatem.*

Iam

Iam verò quantum Principis ſui inſperato conſpectu Romanus Populus lætitiæ præſetulerit, tantum Tibi gratiarum habere debet, tantiſque Te laudum præconijs decorare: quandoquidem Tua induſtria factum eſt, vt Optimi Principis vita, cuius incolumitate, populorum ſalus continetur, etiamnũ conſiſtat, ac perſeueret. Ego verò, qui Tuis honoribus plurimum faueo, fauſtas eiuſmodi proſequor acclamationes, & publicã omnium gentium lætitiam priuatis plauſibus augere contendo: præſertim cùm ſub Maximi Cardinalis FRANCISCI BARBERINI patrocinio, quampluribus beneficijs onuſtum, egregijſque muneribus decoratum me ſentiam. Sed ne nudis tantummodo vocibus Tua merita recognoſcere videar, addo tanquam meæ gratulationis τέκμαρον, ac tributum, munuſculũ ſanè perexiguum, ſed à maxima tamen animi promptitudine, incredibilique in Te voluntate, & obſequio profectum, Iatro-phyſicam nempe Diſquiſitionem, quam meo in Muſæo iamdudum ſepoſitam, penituſque derelictã, Gabriel Naudæus Eminentiſſimo

mo D. meo Cardinali à Balneo, ob magnam eruditionem, ac morum integritatem apprimè charus, mihique arcto neceſſitudinis vinculo obſtrictus, in lucem edere ſuaſit, ac Tibi ſupremo Maximi Principis Archiatro, & eiuſdem valetudinis conſeruatori, ac reſtitutori, cui iam pridem fuerat à me deſtinata, in hac publica, communiq. Romanorum alacritate publicè conſecrare. Quod à me libentiſſimè factum eſſe non inficior, quãquam cùm opus adeo exile, minimeq. excultum animaduertiſſem, ne Tuis oculis omnino appareret indignum, ex flaua lætabundi Tiberis aqua, aureo veluti limbo, illud exornare, taliq. pacto Tibi dicare conſtitui. Vtinam ne nimis fluida ſe veſte tueatur, quippe quam à prælabenti fluuio mutuam acceperit. Verùm Tua defenſione ſuffultum, non verebitur tali etiam ornamento deſtitutum, Criticorum manus confidenter adire. Vale.

AD ILL.MVM ET REVERENDISS.MVM D.D.
THADAEVM COLLICOLA
S. D. N. VRBANI VIII. Medicum,&c.

Octaſtichon.

COllis *Apollinei* Cultor, *cui præbuit artem,*
Præbuit ingenium Delius ipſe ſuum.
Qui potes Vrbani *producere lumina* Solis,
Vt mundo incipiat longior ire dies.
Accipe, quem Baldus *proprium cupit eſſe libellum,*
Vt, Te, ſub lucem, *vindice tutus eat.*
Nempe opus infirmum Medico ſe attollere tanto,
Inque viam vires ſumere poſſe putat.

In Iatrophyſicam Diſquiſitionem Perill. atque Excell. Medici, ac Phyſici D. Baldi Baldij.

Tetraſtichon.

Hippocratis dubiam, Medici, quid noſcere mentem
Quæritis, ambiguus cùm ſit, & ipſe ſibi?
Tàm benè namque videt Baldum *defendere vtrãq.*
Hic partem: vt dubitet quam velit eſſe ſuam.

Hexaſtichon in eandem.

Lethiferum quì, Roma, queas depellere morbum;
Baldus *te medica nobilis arte docet.*
Ipſa tuo in Tybri facilem reperire ſalutem.
Quæſitam caſſo ſæpe labore, potes.
Quid Tagus auratis ſeſe nunc iactet arenis?
Ecce tui vitam fluminis vnda vehit.

Aliud

Aliud in eandem.

O, quibus antiquas flauo ſua Tibride merces
Veſtigare libet, nec reperire datur:
Huc properate: Viam Baldus *monſtrabit vt omni*
Gaza maiores inueniatis opes.
Nec via difficilis: purgatam fluminis vndam,
Vnus erit vobis ſæpe bibiſſe labor.

Ad Auctorem Diſtichon.

Balde *tua illuſtrat Romanum pagina Tybrim*
Hinc tu clarus eris dum Tybris ipſe fluet.

Tetraſtichon.

Cedite Graiugeni ſcriptores, atque Sabæi,
Artis, quos Medicæ nobilitauit honos.
Baldus *aquis prohibet morbũ, quem pellere flammis,*
Nec multo vobis ſanguine poſſe datur.

Ludouicus Marraccius.

BALDO

BALDO BALDO
MEDICO CLARISSIMO.

Gabriel Naudæus S. P. D.

QVOD mihi ſummis à te precibus flagitanti, vt Diſputationem tuam in locum Hippocratis de Calculo, diutius apud te non premeres, morem gerere voluiſti, Doctiſſime Balde, eſt omnino cur me tibi non mediocriter deuinctum profitear: Noui enim quantum pro tua incredibili modeſtia, alienus ſis à communi illo plauſu, qui viros ſtudijs optimarum artium non addictos modo, ſed rectè quoque de maximis illarum difficultatibus ſentientes, conſequi vel inuitos ſolet. Neque præterea ſum neſcius, quoties mihi de tua præſtanti doctrina, eo prorſus modo coram te diſſerendum fuit, quo ſolitus es ſigna eius valde illuſtria, tum apud ægros medendo feliciter, cùm & in Scholis facundè ſubtiliterque docendo, exhibere: toties te non ſecus ac ſi Eleuſinia ſacra his ſermonibus proderētur, ſilentium mihi indixiſſe; adeo nempe optimum ducis latere in te ipſo, & aliquid de gloria tua remittere, vt minus etiam inuidiæ patiaris! Denique poſſem ego teſtimonio eſſe, quàm vehemēter ſubdubitaueris, num de hac controuerſia ſcriberes, ex cuius diſceptatione, non omnes forſan in animum ſuum inducent, ſolam veritatem, quæ præclaris, ſapientibuſque viris odio, & amicitia antiquior eſſe debet, tibi pro ſcopo fuiſſe propoſitam. Sed ò factum bene! quod plus mihi de te, quàm tibi ipſi tandem aliquando credendum duxeris, præterquàm enim mihi, qui tuum ingenium amo, doctrinam laudo, ſententiaſque omnes maiorem in modum probo, & admiror,

nihil

nihil accidere potuit honorificentius, quàm ſi & ego intelligere quantũ mea de cauſa volueris, etiam cùm te ab affectu illo ſignificãdo, tam multa reuocare poterant; & omnes Medici fructum mihi debeant acceptum referre, quem ab aſſerta, illuſtrataque magni Hippocratis ſententia, percepturi ſunt in poſterum. Spero etiam non mediocri tibi emolumento fore, quòd commentarium hunc Iatrophyſicum, quem ego præ cæteris tuis lucubrationibus, quæ tamen non paucæ, nec vulgares ſunt, publica luce dignum iudicabam, amplius ſupprimendum non putaſti; nam cùm ea diligentia elaboratus à te fuerit, vt nec medicinæ ſtudium præſtantiùs, nec rerum copia vberior, nec orationis ſubtilitas maior deſiderari à quoquam alio poſſit; reliquum eſt modo, vt poſtquam in manus hominum peruenerit, ipſe quoque fruaris liquidiſſima ea voluptate, quæ de conſcientia rectè factorum, ex publicæ ſalutis procuratione, ex conſenſu, & approbatione bonorum, ſolet honeſtiſſima ſemper, cumulatiſſimaque in authores ſuos redundare. Quamobrem ſicut in eo feciſti, quòd tua cùm humanitas, tùm verò morum integritas, & eximia doctrina poſtulabant; ita ego qui me totum bonis artibus excolendis, qua opere, qua conſilio, adhortationeq. deuoui, cùm te & crebris ſermonibus præſens, & abſens poſtea frequentibus literis ad iſtud conſilij impulerim, meæ tandem vt perſuaſioni gratificari velles, nihil equidem me facere, quod ex officio, inſtitutoq. meo nõ eſſet, arbitratus ſũ. Ac propterea nullus etiã dubito quin vtriuſque noſtrum optimæ, ſanctiſſimæq. voluntati, talis exitus contingat, qualem & tu, doctiſſime Balde, ſperare debes; & ego tibi voueo, polliceorq. futurum, quod penitus idem eſt, atque ſi feliciſſimum dixerim. Vale, & cõmunibus amicis Paulo Zacchiæ, Petro Seruio, ac D. Quilleto, quorum in me beneuolentiam, ex mea in ipſos fidei, ac voluntatis conſtantia metior, plurimam meo nomine ſalutem dicito. Reate Non. Octobr. M DCXXXVII.

BAL-

BALDI BALDII
FLORENTINI
MEDICINÆ PRACTICÆ
in Almo Vrbis Gymnaſio Profeſſoris Ordinarij.

DISQVISITIO IATROPHYSICA

QVOD de Ariſtotelis operum infortunio lib. 13. de Situ Orbis prodidit his verbis Strabo: *Ariſtoteles & Bibliothecam, & Scholam reliquit Theophraſto: Theophraſtus verò eam tradidit Neleo: Neleus eam Sceptim detulit, ac poſteris dedit: hominibus quidem ſanè imperitis, qui libros incluſos, ac negligenter poſitos tenebant. Cumque Attalicorum Regum, ſub quibus erant, ſtudium ſentirent, conquirendorũ librorum ad inſtruendam eam Bibliothecam, quæ Pergami erat, eos in foſſa quadam ſub terra occuluerunt, quos & tineis, & humiditate labefactos, tandem ex eo genere erant Apelliconi Theio tradiderunt, magno emptos argento, Ariſtotelicos, ſcilicet, & Theophraſticos. Apellicon, vt qui magis librorum eſſet ſtudioſus, quam ſapientiæ, volens corroſiones emendare, eos tranſcribendos dedit, ſcriptura non rectè ſuppleta: quapropter libros edidit erroribus plenos.* Illud de Hipp. libris non ſolùm affirmari poſſe, conſtat apud Gal. 1.3. Epid. 4. & in Hipp. de ijs, quæ fiunt in medicatrina Com. lib. 1. tex. 3. vbi ex librariorum incuria, non pauca in eius operibus partim errata, partim prætermiſſa inueniri ſcribit; ſed perbellè inter cætera patefacit, quæ inter duos ex præclariori-

bus Romanis Medicis ſuborta eſt lis, & controuerſia circa germanam Sapientiſsimi huius Auctoris lectionem in lib. de Aere, Aquis, & Locis, tex. 23. iuxta Marinelli partitionem, num, videlicet, quod ibi deſcriptum eſt, legi debeat Χολωδέςατον, ideſt, biliosiſſimum, an Θολωδέςατον, ideſt, turbidiſſimum, cum vtroque modo ob tranſcriptorum forſan incuriam in diuerſis codicibus editum reperiatur.

Occaſio ſcribendi.

Qua de re cum multa, variaque inter alios quoque Medicos habita ſint colloquia, ac diſcurſus, multique etiam, ſed præſertim controuerſiæ auctores de illa non pauca conſcripſerint, & adnotauerint; mihique ea tradita ſint perlegenda, ac conſideranda; factum hinc eſt, vt ego quoque ad dubitationis huius contemplationem animum applicarem, & quæ mea eſſet ſententia, & opinio exponerem. Etſi autem de tali re cum alijs Medicis verba faciens enunciauerim prædictos Doctores poſſe inuicem conciliari, & modum etiam conciliationis cum aliquorum applauſu patefecerim, vt propterea veritate aſſequuta, nihil vlterius mihi de tali re cogitandum fore, aut elucubrandum videretur; quia tamen vnus præſertim ex illis, qui, videlicet, biliosiſſimi lectionem tuetur, enixè à me rogauit, vt quæ animo conceperam, ac voce, verbiſque expreſſeram, ſcriptis quoque manifeſtarem; idcirco vt ei morem gererem, alijſque hoc idem à me efflagitantibus ſatisfacerem, ad hanc contexendam diſceptationem deueni, ab ijs deſumens initium, quæ ab ijſdemmet controuerſiæ auctoribus pro ſua fulcienda ſententia hinc inde in medium afferuntur.

Rationes perſuadẽtes, quod legi debeat biliosiſſimum.

Prima Ratio.

Ab eo itaque, qui biliosiſsimum legendum putat inchoando, ille multiplici Interpretum teſtimonio, his prorſus verbis corroborat in primis à ſe allatam cir. tex. verſionem. Siquidem Adrianus Alemanus, Ianus

Cornarius, Hieronymus Cardanus, Theodorus Zuingerus, Hieronymus Mercurialis, Antonius Paſienus, & Proſperus Martianus, (addimus nos Fabium Caluum, & Baccium Baldinum) qui omnes legunt biliosiſſimum, minimè turbidiſſimum, & hanc verſionem ſequuntur omnes Medici, qui talem locum citant, vt Mercatus, Cæſalpinus, Stephanus Caſtrenſis, & alij.

Dicit præterea hoc modo, & non aliter debere legi textum illum, quia cum ex ipſomet Hipp. in eodem loco, nullo penitus modo poſſit calculus ſuam habere generationem in veſica citra bilem, & id ipſum ſuadeat ipſamet ratio, ideo legendum exiſtimat biliosiſſimum: Quòd vero calculus nequeat primariò in veſica generari citra bilem, colligitur primo ex eodem Hipp. in num. 22. vbi hæc profert verba: Quorum aluus ſatis fluida eſt, & ſana, & veſica non ardens, nempe ſtomachus veſicæ valde coardeſcit, hi facilè vrinam eijciunt, & nihil ipſis in veſica congregatur, &c. nam fieri non potuit vt aluus ſit fluida ſatis, & ſana, & veſica non ardeat, niſi ob multitudinem bilis ad aluum fluentis, ex qua fieri aluum fluidam, irritata expulſiua potentia dixit Gal. 2. Aph. 20. Si enim aluus fluida fieret ob aliquã intemperiem potentiæ retẽtiuæ, tunc non eſſet ſana, & fortè non eſſet ſatis, vel ſi aliter contingeret, vt eſſet fluida, ſed non ob multitudinem bilis eo fluentis, poſſet ſine dubio veſica ob bilem eo prolapſam ardere, & ita calculo, etiam fluente aluo, laborare, nam veſica non poteſt coardeſcere, & ideo fieri calculis obnoxia, niſi à bile. Quare non ob aliam rationem, qui habent aluum fluidam ſatis, & ſanam, & veſicam non ardentem, calculo veſicæ non laborant, niſi ob defectum bilis, quæ cum copioſè per aluum vacuetur, adeo modica per veſicam excernitur, vt nequeat veſicam natura frigidam, & exanguem

Secunda Ratio.

calefacere, & cum alijs excrementitijs humoribus pre veſſicæ calore in lapidem condenſari, nam actio fit à proportione maioris, non autem minoris inæqualitatis, Ariſtoteles primo de Gener. cap. 7.

Tertia Ratio. Præterea Hipp. vt legitur num. 24. eiuſdem libri ad præſeruandos pueros à calculo veſicæ præſcribit ipſis vinum quam Aquoſiſſimum: ſi enim calculus veſicæ generaretur à ſolo humore viſcido, & craſſo, proculdubio vinum merum præſcripſiſſet, vt fecerat in doloribus oculorum, & ſtillicidio Vrinæ 7. Aph. 46. & 48. & aliàs ſæpè; nam merum non ſolum huius humoris prohibet generationem, ventriculum corroborando, ſed etiam genitam pituitam attenuat, atque ita efficit quominus ſic attenuata poſſit in calculum coagulari. Firmat hoc idem Gal. 6. Epid. com. primo Tex. 6. in fine, vbi pro certo aſſerit fieri nullo modo poſſe, vt in quopiam ab initio calculus generetur, vbi humores ſunt tenues, & partes, per quas deberet tranſire molles. Et tandem ideo prohibet Hippoc. pueris lac bilioſum, quia bilis concurrit ad generationem lapidis veſicæ. Quare ſi euacuare bilem, ſi eam reuellere à veſica, ſi prohibere eius generationem præſeruat à calculo veſicæ, concludendum eſt calculum veſicæ non poſſe ibi primario obdureſcere abſque bile, cum aliud non ſit Medicorum omnium conſenſu, præſeruatio, quam cauſæ morbum excitaturæ demolitio.

Quarta Ratio. Quarto ſubiūgit quod ſecundū mentem Hippocratis, & decretum, calculus non generatur in Veſica, niſi ſit ardens, & ſtomachus ipſius coardeſcat: hunc autem ardorem veſica non habet ex ſe, (eſt enim natura ſua exanguis, & frigida) ſed à bile, quandoquidem Hippocrates num. 24. dicit calculum in pueris fieri à lacte bilioſo, quod veſicam percalefaciat. Vnde cum veſica non poſsit habere hunc calorem, qui neceſſa-

ceſſarius eſt ad calculi generationem, niſi à bile humore ſiccisſimo, & calidisſimo, iure optimo ea debet remanere in Vrina ad calefaciendam Veſsicam, & concreſcendum in lapidem.

Quinto Hippocrates reddens rationem, cur calculoſi in bilis multitudine vrinam mingant ſplendidisſimam ad ſimilitudinem ſeri, hoc enim album, & aquoſam, ſcribit hoc ideo euenire, quia quod craſsisſimum eſt, & bilioſisſimum remanet intus in veſsica, & ibi coaceruatur, & concreſcit: Ex qua reſponſione ſi dematur dictio illa, bilioſisſimum, & remaneat craſsisſimum, reſponſio non erit digna Hippocratis, neque ſatisfaciet quæſito: non enim eſt verum quod vrina ideo eſt alba, & aquoſa, quia non eſt craſſa: in alba enim vrina quam ſæpisſimè craſsities ineſt. Quinta Ratio.

Sexto comprobat ſuam ſententiam ex eo, quia multoties ardet veſsica per conſenſum alui, vt in inflammatione inteſtini recti, & cum Vermes, & Aſcarides in aluo reperiuntur, & tamen in iſtis caſibus, & conſimilibus non generantur calculi, ſed ſolum in illo ardore, qui veſsicæ communicatur, cum aluus ardet ob fæcum retentionem, cum .ſ. eſt adſtricta ob bilem eò non confluentem ad irritandam potentiam expultricem, & ideo dixit Hippocrates calculum non generari, cum aluus fluida eſt, & ſana; quia nimirum bilis ad inteſtina delapſa præſeruat veſsicam à calore, & calculo ob bilem eò non ſufficienter confluentem, iuxta illud, quod 4. Aph. vltimo habetur. Mictio noctù plurima facta paruam ſignificat deiectionem. Sexto Ratio.

Vltimo tandem hac vtitur ratione, qua probare conatur non poſſe legi turbidisſimum, quia nimirum cum Hippocrates non ſit ſolitus vti ſynonimis, vt teſtatur Gal. 2. de Diffic. Reſpir. veriſimile eſt aliud intelligere per craſsisſimum, aliud per turbidisſimum, Vltima Ratio.

vt

vt facit primo Epid. ſect. 3. Tex. 22. & 3. Epid. 3. Tex. 72. quibus in locis vrinam craſſam à turbida diſtinguit, & cum eo Gal. Auicenna, & alij multi talem faciunt diſtinctionem. Si ergo diuerſa intelligit, quid erit illud turbidum diuerſum à craſſo? non pituita, quia illa intelligitur per craſſum, vt colligitur ex Gal. 3 Aph. 26. & in lib. de Vrinis ei adſcripto; non ſanguis, quia naturaliter non excernitur per vrinam; non melancholia, tum quia pueri ea non abundant, ideoque nec varicibus, nec hæmorroidibus, nec quartana laborant, ex 3. Prognoſticorum 3. & lib. de Natur. Humana: tum etiam, quia vt aſſerit Stephanus Athænienſis, melancholia, quod pauca ſit ob ſui terreſtreitatem, & grauitatem non perfertur ad vrinam, & ſi perfertur aliquando, non turbat vrinam; ſed potius proinde ac cinis fundum petit nullum afferens colorem: Remanet ergo quod humor turbans vrinam ſit ipſa bilis, & meritò quidem, quia mixta cum pituita cogendo ſua caliditate ſimilia, & ſeparando diſsimilia, denſat pituitæ partes craſsiores; & quia denſitas ſecum affert opacitatem, quod viſus materiam denſam penetrare non poteſt, hinc naſcitur turbulentia, & ſic concluditur legendum potius eſſe bilioſiſsimum, quam turbidiſsimum, niſi per turbidiſsimũ velimus intelligere ipſam bilem, quæ in calculorum generatione reſidet, & concreſcit, qua ratione gerit vicem cauſæ materialis, ſicut calefaciendo veſicam cauſæ efficientis, quod munus dum exequitur, vtramque vicem ſubit, inſimul enim, & ſemel calefacit veſicam, & coagulat pituitam, & in iſta coagulatione remanet etiam ipſa coagulata, non ſecus ac contingat in lacte à coagulo condenſato, & in ſucco quodam lapideſcente, de quo mentionem facit Matthiolus in Præfatione in lib. 2. Dioſcor. qui inſimul materia exiſtit lapidũ, & cauſa efficiens. Et hæc

ſunt,

ſunt, quæ à Doctore iſto afferuntur pro ſua ſtabilienda ſententia. Quæ vero ſubiunguntur rationes eæ ſunt, quibus ex aduerſo vſus eſt, & vtitur Medicus alter.

Primo ergo affirmat, quod tametſi multi Interpretes habeant biliofiſsimum, omnes tamen ab vno Iano Cornario ſuam deſumunt tranſlationem, qui cum nactus nõ fuerit germanum, & correctum Hippocratis textum, ſed deprauatum, non mirum ſi in hunc errorem cecidit; quem propterea errorem animaduertẽs Septalius, & Anutius Fœſius ex textu antiquo Græco Auguſtini Guadaldini magis correcto, & germano, tranſtulerunt ille turbidiſsimum, & alter maximè returbidum, quod pro dictione Χολωδέστατον, habeant in tali codice, Θολωδέστατον, idque ex eod. Gal. Comm. 2. par. 3. tex. 24. in lib. Hippocratis de Aere, Aquis, & Locis, interprete Moyſe Alatino Medico Hebræo Spoletino, edito Venetijs 1609. apud Iuntas, & ſito in 2. claſſe ab initio in editione 8. vbi legitur turbidiſsimum, non bilioſiſsimum, corroborat: Inuenit autem Moyſes Alatinus tale opuſculum in Exemplari Hebraico manuſcripto sũma vetuſtate antea per annos CCCC.

Rationes quod legi debeat turbidiſſimum.

Prima Ratio.

Sed inſuper ſecũdo inſurgit idem cõprobans cũ Septalio, quia ſi legatur bilioſiſsimum, cũ id, quod bilioſiſsimum eſt, ſit quoque tenuiſsimum, non poſſet ſimul manere cum craſsiſsimo. Craſsiſsimum enim tamquam graue petit fundum veſicæ, tenuiſsimum verò ſummitatem, non igitur ſimul poſſent coire, & concreſcere, & facere lapidem, præſertim, quia vniri debent à veſicæ calore, qui cum habeat proprietatem ſeparandi hetherogenea, & homogenea vniẽdi, ſeparabit quoque craſſum à tenui, & tunc craſſum tamquam grauius ſubſidebit, tenue verò tamquam leuius aſcendet ſuper craſſum, ad eum modum, quo calor agendo in lac facit aſcendere butyrum, deſcendere verò caſeum: cum

Secunda Ratio.

igitur

igitur lac coagulo diuidatur in tres partes inter ſe diſtinctas in butyrum .ſ. ſerum, & caſeum, & butyrum non faciat ad concretionem, ſed aduerſetur, vnde Cardan. ad ſe præſeruandum à calculo veſicæ oleo vtebatur, cum butyrum ſit oleum lactis, dicendum quoque eſt facere potius ad præſeruationem, quod nõ fiat lapidis concretio, quã concurrat ad lapidis ortum, & conſequenter quia quod bilioſiſsimum eſt, eſt veluti butyrum, ſeu ſuccus vnctuoſus, ſicut habet Hippocrates 6. Epid. ſectione 5. textu 13. linguæ chloræ bilioſæ, bilioſum autẽ à pingui, & propterea bilioſa ardent, & inflammantur, & conſequenter Θολώδη'σατον, legendum eſt, & non Χολώδη'σατον, imo ſic legendo, etiam accuſandus Hippocrates, qui ſuperius dixerat, id, quod craſsiſsimum, & turbidiſsimum eſt reſidere, quod vero tenuiſsimum eſt, excernitur, & quod puriſsimum, & tenuiſsimum tranſit, & emingitur; ſi igitur quod bilioſiſsimum eſt, eſt tenuiſsimum, & tenuiſsimum excernitur, non igitur poteſt eſſe materia calculi veſicæ. Quam rationem animaduertens Cardan. in Comm. huius textus, quia ſequebatur verſionem Cornarij, inquit rationi eſſe contrarium .ſ. bilioſiſsimum manere, & concreſcere, ſed hac in re ſtandum eſſe experientiæ, &c.

Tertia Ratio.

Quarta Ratio.

Corroborat inſuper ſuam ſententiam hoc argumento. Bilioſiſsimum non poteſt craſſeſcere, niſi ſimul, & ſemel in concreto remaneat color bilioſi ſucci intus, & extra in calculo: Sed omnes calculi veſicæ ſunt intus, & extra albi, non igitur remanet, & concreſcit. Quod ſi remaneret, calculi veſicæ ferro ignito tacti emitterent fumum, ſicut faciunt lapides Bezoartici ex Oriente adducti: hi enim, quia ex fellis veſica extrahuntur, vt probat Monardes, referunt bilis colorem, & ferro ignito emittunt fumum: nec mirum, quia bilis

eſt humor vnctuoſus ex mente Hippocratis, & ardet, & facit fumum, ſicut faciunt res combuſtibiles, ſed lapides Bezoartici Occidentales, quia non in felle, ſed in veſica generantur, ſunt quidem extra cineritij, & nigri coloris, intus vero albi, non tamen ferro ignito videntur facere fumum; & ego habeo apud me lapidem extractum ex dicta fellis veſica in homine Illuſtriſsimo, qui intus, & extra eſt coloris flaui, & ferro ignito tactus emittit fumum, ſicut Bezoartici lapides de Oriente adducti. Quod vero omnes calculi veſicæ ſint coloris albi, non ſolum probat ſenior Medicus ex auctoritate Donati de Mutijs, quem citat Ioannes Viſcerus in expoſitione Aphoriſmi 63. lib. 4. qui ſcribit omnes veſicæ calculos eſſe albi coloris, & arenulas albas; arenas vero delabentes à renibus eſſe rubras, ſicut docet Hippocrates 6. Epidem. comm. primo, tex. 6. ſed etiam experientia, & propria obſeruatione in omnibus calculis veſicæ à ſe viſis.

Corroborat tandem ſuam ſententiam cõtra aduerſarium hoc argumento, ſiquidem ait ad procreationem calculi debet poni materia apta ad cõcretionem, & debet poni cauſa efficiens, quæ agat in materiam. Si vult quod bilioſiſsimum eſt reſidere, erit materia calculi; ſi vult quod ſit cauſa efficiens calefaciendo, & inflammando veſicam, & ipſius ſtomachum, vnum, & idem erit cauſa materialis, & efficiens, & ſic idem aget in ſe, non in alio ſeparato à ſe, ſed etiam in ſe metipſum: hoc autem conceſſo, ſequitur in receptaculo, & fonte bilis, vt eſt veſica fellis, cũ bilis calidiſſima excalefaciat veſicã fellis, hęc excalefacta retinebit bilem, & eandẽ incraſſando, ſemper generari lapides in dicta veſica, & cum lapides poſſint obſtruere ductum bilis ad inteſtina, erit ſemperr aluus adſtricta cõtra id quod obſeruatur. Vltima Ratio.

Summarium Rationum ſenioris Medici.

Quapropter concludit nullo modo concedendum eſſe, quod bilis ſit cauſa materialis calculi veſicæ, quia tales calculi eſſent lutei coloris intus, & extra, calore non liquarentur, ferro ignito facerent fumum, eſſent participes ſaporis amari, & haberent alia requiſita bilem atteſtantia. Et hæ ſunt rationes omnes hinc inde à prædictis Medicis in medium prolatæ, & à me ex eorum lucubrationibus, ne proprio forſan robore, elocutione mutata, deſtitui viderentur, ad verbum excerptæ.

Ex quibus ſane rationibus, & auctoritatibus manifeſtè apparet difficilem eſſe quæſtionem propoſitam, difficilemque inſimul ſolutionem illius: quia tamen vt ſupra ſignificaui non pauci extant, qui noſtram in hac re cupiunt audire ſententiam, eam proferre non grauabimur, & nodum etiam ſine vllius partis notabili læſione, imo ſi poſſibile erit cum omnimoda conciliatione diſputantium explicare tentabimus, initium prius à lithiaſis idea in memoriam quambreuiſſimè reuocanda, deſumentes.

De Generatione, & cauſis Calculi variæ Medicorũ opiniones.

Lithiaſim ergo ideſt veſicæ calculoſum affectum nemo eſt, qui non admittat, quiue eam inter morbos humana corpora atrociter affligentes non reponat. Verum ſicut de eius exiſtentia nullus dubitationis locus relinquitur, ſic de eius eſſentia, ac de cauſis tales calculos producentibus magna extat apud doctiſſimos viros ambiguitas, ſententiarumque varietas.

Opinio Hermeticorum.

Hermetici namque vt videre eſt apud Schenchium lib. 3. Obſeruation. Medic. cap. de lithiaſi renum, ſeu tartaro duplicem quidem, vt alij, afferunt cauſam calculorum, materialem .ſ. & efficientem, ſed illam dicunt eſſe humorem viſcidum, craſſum, & bolarem, vel vt Sennertus ait, Tartareum, terreum, fæculentum, ſalſum, pituitoſum; hunc verò ſalem quendam in noſtro

cor-

corpore vt in magno Mundo repertum,ideſt eius ſpiritum cuius vi, & actione humores illi craſſi, & bolares coagulationem ſuſcipiunt, in lapidoſamque materiam coagmentantur, quem ſpiritum alij lapidificum appellant, alij per internam materiæ diſpoſitionem exponũt, & alij, vt Scalig. exercit. 115. per formam ſubſtantialem declarant.

Fernelius è contra, licet cum prædictis Chimicis in materiali cauſa concordet, diſsidet tamen ab illis, & à quibuſcumque alijs in cauſa efficiente, dum præter immoderatum calorem ab omnibus ferè tamquã calculorum architectum admiſſum, aliam deſiderat efficaciorem cauſam, longèque crebriorem, inſitam nempe renum arenoſam, calculoſamque conſtitutionem; ſiquidem opinatur vir iſte, Ariſt. forſan auctoritate 3. de Hiſtoria Animalium 15. non benè inſpecta, perſuaſus, nullum in veſica generari calculum, ſed omnem lapidem in ea concluſum rudimentum quoddam è renibus trahere, atque in veſicam delatum, ſordium adhæſu coagmentari, & in verum, confirmatumque lapidem concreſcere. Fernelij opinio.

Alij præterea, vt Mauritius Cordæus, & eruditiſſimus Stephan. Caſtrenſis, Hermetica quaſi via incedentes, alias attulerunt cauſas, ille .ſ. ſuccum quendam, ſeu lixiuium, aut aquam congelatiuam; hic vero humores omnes, qui ſiue cibi ſint, ſiue potus muccilaginoſi ſunt, & in ſe habent ſeminarium lapidoſum à terra, in qua naſcuntur ſuſceptum, quibus ſi quis veſcatur, ac nutriatur, diù illum nephriticam labem effugere, minimè poſſe, affirmat. Cordæi, & Caſtrẽſis opinio.

Verum Galenus noſter, quem omnis tum Græcorũ, tum Arabum, & Latinorum etiam Schola amplexatur, in ea fuit ſententia, vt videre præſertim eſt in 6. Epid. Comm. 3. tex. 15. quod veſicæ calculus ſuam trahat Galeni ſententia affertur, & recipitur.

 origi-

originem tamquam à cauſa materiali *ex vrinarum craſsitudine*, & tanquam ab efficiente, vt 3. Aph. 26. idem ſcribit: *ex caloris copia: craſsitudo namque multa illic collecta*, vt ibi ait, *& in vnum coiens, cum ſemel aliquando non apto tēpore excreta intus remanſerit coagmentandi, concreſcendique initium capit; eo verò principio ſacto facilè poſtea quidquid iterum craſsi in veſicam delabitur, priori adglutinatur, maiorque inde tophoſus calculus redditur, quemadmodum extra, & in calidis aquis ſponte naſcentibus, & in vaſis, vbi calefit aqua quotidie lapis coaleſcere cernitur.* Eſt ergo, vt idem ibidem ſubiungit vrinarum craſsitudo creandorum calculorum prima, potiſsimaque cauſa, concurrente inſuper caliditate talis partis, quæ ex craſſa illa materia per humoris reſolutionem in vaporem deſiccata, lapidem generat. Ex quo Galenico diſcurſu non ſemel ab eo repetito, concludunt vnanimiter Medici ferè omnes, lapides in humanis corporibus generari ex materia vel viſcoſa, glutinoſa, & lenta, aut craſſa, fæculenta, terrea, limoſa, & lutoſa, dum à calore tenuioribus, atque humidioribus ſpoliatur partibus, concretionemque, ac duritiē acquirit, iuxta pulcherrimam Ariſtot. doctrinam in 4. Metheorologicorum, vbi de concretione verba faciēs, & eam vel à frigore, vel à calore; aut ab vtroq. ortum trahere affirmans, ac de ea, quæ à calore fit, vt illa eſt, à qua calculorum concretiones emanant, modum edocens, ipſam fieri ait, *à calido humidum educente; quia euaporante humido, incraſſatur ſiccum*, vnde vt prius dixerat *concreſcere exſiccari aliquo modo eſt*. Cui Medicorum aſſertioni, ſi ius quoq. hæreditarium, & naturalis vrinariorum meatuum ex primordijs generationis comparata anguſtia, & mala conformatio ſuperaddatur, vtrique nec Hipp. menti quidquam efferetur aduerſum, vt ex infra dicendis patebit, nec vlterius aliquid

forſan

forſan deſiderandum relinquetur. Habet autem in calculorum efficienda concretione locum ſolummodo calor, non frigus, quia, vt perbellè declarat Gal. lib. de Renum affect. dign. & medicat. c. 2. *Fieri non poteſt, vt viuo corpori tantum frigus accidat, quo concreſcere valeat in homine lapis*, ſaltem, vt puto, de primaria generatione loquendo, quia poſt iam inchoatam aliqualem in renibus materiæ craſſæ coagmentationem, ſi ea ad veſicam delabatur, non exiſtimarem inconueniens affirmare, quod frigiditas etiam ad maiorem coagulationẽ efficiendam concurreret: ſiquidem veſica reſpectu renum frigida exiſtit, vtpote *membranoſa pars, paucíq. ſanguinis, & ampla intus capacitate donata*, eodem aſſerente Galeno, vt non mirum ſi materiam ab æſtuante loco prolapſam, denſet magis, atque tametſi actualiter calida coagulet, eo prorſus modo, quo eliquatum plumbũ in aquam etiam calidam iniectum, duritiem recipere obſeruatur. Verumenimvero licet id affirmare improbabile minimè ſit, & à Gal. mente nequaquam forſan alienum; quippe qui de iſta frigiditate in ordine ad calculos procreandos, non ſolum in cit. lib. ſed etiam in 6. Epidem. verba faciat, ſaltim, vt puto, tamquam de cauſa non principali, ſed coadiuuante; nihilominus priorem amplexandam exiſtimamus ſententiam, eo vel magis, quod optimè calculorum generationẽ exprimens, falſitatem etiam coarguit aliorum de hac re opiniones, & Hippocrati ipſi, ad cuius mentem debet præcipuè cõtrouerſia iſta examinari, non parum conſona eſt, & arridens.

Coarguit ſiquidem aliorũ enarratas ſentẽtias, quia, vt id obiter attingã, ſpiritus ille lapidificus, & Hermeticorum ſal, quanam alia ratione poterit craſſum, viſcidumque ſuccum ad lapidoſam commutare ſubſtantiã, ſi tamen id poteſt, cum ſal videamus etiam duriſsima corpo-

Hermetici, Fernelius, Cordęus, & Caſtrẽſis obiter reiecti.

corporа,parieteſque corrodere, niſi humiditatem, quæ duritiem , & concretionem impedit exprimendo ? At hoc caloris eſt opus in caſu noſtro . Fernelium verò , quem experientia conuincit primariam lapidum in veſica generationem oſtendens , illud pariter coarguit , quòd vel fateatur neceſſe eſt, nihil ſe docere, cùm arenoſam , calculoſamque conſtitutionem aſsignat, vel ſi inficiatur, per caliditatem certè eam explanare cogetur, ni forſan, vt ſui moris eſt , hunc velit effectum ad ignotas , abditaſque cauſas reducere , vel in ius hæreditarium,quod tamen perpetuum non eſt,referre. Nec minus etiam errare depræhenduntur , qui congelatiuam Aquam , vel ſuccum , aut lixiuium tali energia præditum , vel muccilaginoſos humores ſeminarium lapidoſum a terra , ex qua oriuntur , ſuſcipientes, proponunt , quia præterquam quod occultam quaſi cauſam afferunt , rationem profectò vix reddere valent , cur in eadem vrbe,eodem victitantes edulij genere,aut ſi non in vrbe , in qua diuerſitas,in eodē ſaltim Cænobio, vbi nulla diſtinctio, cur inquā alij ſint ex illis, qui lithiaſi laborant , alij non,cũ tamen iiſdem cibarijs lapidoſum ſeminarium, vel congelatiuum ſuccum habētibus , nutriantur ?

Gal. ſententia de cauſis Calculorũ ex Hippocrat. comprobatur.

Aliunde ergo exquiri principium debet , materiale , videlicet , ex crudis , craſsiſque humoribus , & ex renum , vel veſicæ caliditate humores illos exiccante , efficiens . Sic enim Hipp. noſter de materiali cauſa in lib. 4. de Morbis num. 28. tractationem inſtituens,eam minimè auſpicatus eſt à renum aliquo rudimento , vel à cibis ſeminarium lapidoſum poſsidentibus , ſed ab impuritate lactis , ſecundum quam terreum exiſtens ac pituitoſum , cùm non poſsit ad perfectam coctionem deduci , excrementitia conſurgit materia , quæ ad veſicam demandata in lapi-

dem

dem concreſcit, quod terreſtris portio fæcem redoleat, & pituitoſa glutinum, ex quo ad fæcem admixto, talem celebrari lapidificationem affirmat: *Glutinum enim*, inquit, *pituita fit ad fæcem admixta, & primùm parua lanugo ſuperſtat, deinde quod accedit arenoſum fit, glutino exiſtente pituita, quæ eſt in veſica de lacte, & augetur, & quidquid humoris, id eſt tenuis in glutinatione acceſſerit emingitur, rurſuſque fæx ſolida fit, & lapidis ſpeciem accipit.*

Nec ſolum agnoſcit in loco iſto tamquam materialem calculorum cauſam humores hoſce terreos, & glutinoſos, ſed efficientem etiam in caliditatem refundit, dum eodem modo *fæcem ſubſidere, ac denſari, ſolidamq. fieri affirmat*, qua ferrum in igne relictum, & à recrementis defæcatum ſubſidet, fitque ſolidum, ac denſum. Id ipſum confirmat magnus Præceptor in lib. de Natur. Humana num. 24. his verbis: *Quibuſcumque verò eadem ſeroſi humoris ſpecies in veſicam proruperit à loci caliditate calida, & alba fit, & ſegregatur; & quod quidem rariſſimum eſt ſuperſtat, craſſiſſimum verò infra mergitur, quod ſane pus appellatur: fiunt autem & calculi pueris propter huius loci caliditatem, itemque totius corporis.* In quibus verbis adeo claram proponit cauſam materialem, humores nempè craſſos, & efficientem, ideſt veſicæ calorem, vt nihil clarius dici poſsit. Et in lib. de Internis Affectibus num. 15. dum renum calculi æthiologiam attingens ſic ait. *Hic morbus fit à pituita, cum ren ſuſceptam in ſeipſum pituitam, non rurſus dimiſerit, ſed in ipſo in tophum concalluerit*, tametſi de efficiente non loquatur expreſsè, caliditatem nihilominus ſubintelligere veriſimile eſt, cum in viuente corpore non niſi à calore poſsit pituita in tophaceum lapidē aſſurgere; vt propterea iure optimo Gal. 6. Epid. 3. 15. ſententiam illam Hipp. expo-

nens,

nens, *Poſt mictum concretio pueris magis: num quoniam calidiores?* Apertiſſimis verbis affirmet ibi de calculoſis pueris ſermonem haberi, & per illum modũ loquendi (num quia calidiores) pro certo aſſignari cõcretionis cauſam calorem ipſum.

Sed vt propius iam ad controuerſum Hippocratis locum accedamus, nullibi profectò rem hanc dilucidiùs expreſſit Medicinæ parens, quam in lib. de Aere, Aquis, & Locis, num. 22. & 23. vbi de calculi generatione in ijs, qui bibunt aquas omnigenus, & de magnis fluminibus, in quæ alia deferuntur flumina, & de ſtagno, & cõſimilibus pertractans, inde originari tradit, quòd ſi in iſtis *magis quam pro natura fuerit excalefacta veſica ſit, eiuſque orificium, cum ex talibus aquis neceſſe ſit limum, & arenam in vaſis ſubſidere, vbi veſica hac perpetitur, id eſt, prædictam excalefactionem, vrinam non dimittit, ſed in ſe ipſa concoquit, & adurit, & quod quidem tenuiſſimum in ipſa eſt excernitur, & quod puriſſimum eſt tranſit, & emingitur; quod verò craſsiſsimum eſt, ac turbidiſsimum coaceruatur, & concreſcit, primum quidem parum, deinde maius fit, quia dum voluitur, ab vrina quidquid craſſum compactum fuerit, ad ſeipſum adaptat, atque ſic augeſcit, & in totum concreſcit.* Ex quibus luce clarius apparet materialẽ calculorum cauſam craſſos adſtrui, tubidoſq. humores, efficientem verò æſtuationem inflammationemq. veſicæ, vt magis magiſq. ex conſequenter dicendis manifeſtabitur.

Difficultatis propoſitæ duplex membrũ.

Quare hoc præſuppoſito fundamento cum duplex membrum habere conſpiciam difficultatem propoſitã, vnum. ſ. circa lectionem textus, & alterum circa qualitatem humoris materialiter cõcurrentis ad lapidis coagmentationẽ, & prioris reſolutio ex poſterioris enodatione dependeat; idcirco de ſecundo prius verba faciã quàm de primo, ſi tamen Præceptoris intentionem, vt pote

Intentio Hipp. in tex. contro- explica-

pore neceſſariam ad propoſitum diſſoluendum nodum, antea aperiam. Scire ergo oportet non alia de cauſa eum in tractationem de calculis deſcendiſſe, niſi quia de bonitate, & malitia Aquarum ſermonem habens, & inter quoſdam prauarum vituperabiles effectus, calculos etiam enumerari conſpexerit, non ab re iudicauit aliqualem de ijs tractationem habere; proptereaque de generatione illorum nonnihil enarrare exiſtimauit conueniens, eò vel maximè, quod videbat non omnes, qui prædictis aquis in potu vtuntur calculis laborare, vt proinde explicanda neceſſario veniret talis diuerſitatis ratio, quam vt declaret, præſupponit in primis, quod *cum calculo maximè laborent homines, vbi aquas omnigenas bibunt, eò quod in talibus aquis neceſſe ſit limum, & arenam in vaſis ſubſidere, id tamen non omnibus contingat* ſubſequenter, vnde hoc proue niat, exponēs, ſic inquit. *Quorũ quidem aluus ſatis fluida eſt, ac ſana, & veſica non ardens, neque ſtomachus veſicæ valde coardeſcit, hi facilè vrinam eijciunt, & in veſica nihil ipſis congregatur. Quorum vero aluus ardens, & feruida fuerit, in his neceſſe eſt etiam veſicam idem perpeti. Vbi vero hæc perpetitur, vrinam non dimittit, ſed in ſe ipſa concoquit, & adurit, & quod quidem tenuiſſimum eſt, &c.*

Ex quibus ſatis apertè colligitur intentionem Hipp. non eſſe loqui de calculo in genere, ſed in particulari, videlicet in caſu eorum, qui bibunt aquas omnigenas, & ex magnis fluminibus, in quæ alia deferuntur, & de ſtagno, ac conſimiles. Vt propterea vana forſan videri poſsit difficultas in hoc loco propoſita de bilioſo humore, an ingrediatur, necne lapidis veſicæ compoſitionem, ſiquidem, cum in præſenti libro ſermo minimè habeatur de lithiaſi in genere, ſed de ea, vt prouenit ab hauſtu aquarum impurarum, nec de

concurſu humorum quorumcunque ad talem produ-cendum effectum mentio fiat, incongrua reputari poterit diſquiſitio iſta. Quia tamen dum in ſubſequentibus verbis ſignum deſcribens, quo medio valeamus calculum iam genitum recognoſcere, vrinam proponit ſero perſimilem, & talis ſimilitudinis rationem reddens, eam videtur in bilioſi ſucci in veſica retentionem refundere, non abre propterea inueſtigatur an talis retentionis adſit neceſſitas, & in quocunque veſicæ calculo coagmentando bilis ipſa materialiter adiungatur.

Reſponſio ad primã partem quæſtionis, & diſputantium Medicorum concilatio.

Qua in re cum videam noſtros Diſputatores in extremis negatiuæ, affirmatiueque partis conſiſtere, mihi liceat eos ad concordiam deducere, ſi medicè loquendo veram affirmemus communiorem ſententiam, Septalij vero, & aliorum, ſi philoſophicè: ſi etenim duce ſenſu, & experientia ipſa loqui velimus, vt obſeruationes ſecundi Medici perſuadent, affirmare vtique non debemus bilioſum ſuccum in veſicæ calculo componendo locum habere, cum nec color, nec fumus, alijque bilis caracteres manifeſtè conſpiciantur in tali calculo, ac propterea cum Medicus artifex ſit ſenſatus, nec ſenſu medio talem animaduertat humorem, non errat profectò, ſi vt talis eum inficiatur, ac negat. Verum ſi philoſophicè, atque intimius calculorum fabricam rimari diſponat, non abnegabit ſanè locum etiam in illa bilem habere, quemadmodum in cuiuſlibet mixti opificio nemo eſt, qui neget omnium elemẽtorum atque ignis etiam licet tenuiſſimi, ſubtiliſſimique præſentiã: quod forſan animaduertens Hippocrates, non raro ad quorumcunque morborum generationem concurrere bilem ipſam affirmauit, ſed præſertim lib. de Aff. tex. primo, & primo de Morbis tex. 2. quibus in locis aper-

Quomodo bilis habeat locum in cõpoſitione calculorum.

tiſsimis

tiſſimis verbis morbos omnes à bile, & pituita hominibus fieri pronunciat. Quia tamen in exigua quantitate nonnunquam concurrit humor iſte, vt præſertim contingit in caſu noſtro, in quo ratione loci amplioris, vrinæque diffluentis facilior præbetur exeundi, quam ſubſiſtendi occaſio, nō mirum ſi & color non apparet luteus, & fumus non excitatur ab ignito ferro ei admoto. Siquidem ad colorandum lapidem, ſenſibilemque combuſtionem inducendam non quælibet ſufficit bilis portio animo ſolum concepta, dignotaque, ſed manifeſta requiritur, ac notabilis quantitas ſenſu etiam ipſo perceptibilis. Nec Septalij, noſtrique Medici argumentum à bilis tenuitate deſumptū eam omnino ablegat à tali fabrica, quia cum Hippoc. in hoc eodem lib. tex. 29. duas agnoſcat in hoc ſucco portiones, liquidiſſimam .ſ. & aquoſiſsimam, & denſiſsimam, & acerrimam (cui aſſentitur Gal. 3. Aph. 24. vbi partem eam, quam non hic ſolum, ſed in 4. de Morbis tex. 23. denſiſsimam Hipp. appellat, ille craſſiſsmam nominat) ſatis clare videtur admittere poſsibilitatem concretionis bilis in calculum, ratione ſaltim denſioris, craſsioriſque particulæ, ſecundum quam portionem, & vrinæ fundum poſſe eam petere nō negaret Hipp, qui 7. Aph. 33. & de Internis affect. n. 18. bilioſam admittit hypoſtaſim, & in calculum etiam coaleſcere alijs cum humoribus admixtam, non reputaret per conſequens impoſsibile; imò tantū abeſt, vt humori iſti correpugnet deſcēſus ad ima, vt ſi in aquā proijciatur, imam petat partem, quemadmodum de bile, quæ exit à ciſti fellea expertum eſſe fatetur Epiphan. Ferdin. lib. primo Theor. 34.

Nec ratione ſolum eius talis; qualis craſsitiei poteſt in vrinis ſubſidere, ſed quia viſcida, & pinguis non inepte concurrere ad calculorum generationem, vt de

 oleo

oleo ſua natura pingui, & viſcido exemplificat Nicol. Florentinus doctiſsimus, qui probare volens non ex qualibet materia, ſed ex craſſa inſimul, & glutinoſa generari lapides (non enim deſunt, qui ex ſolo puluere humectato lapidem gigni affirment, quoniam, vt aiunt Plinius doceat puluerem Puteolanum lapidem vndis inexpugnabilem fieri) inter alia exemplo olei oſtendit his verbis. *Et hinc eſt quod aliquando volentes facere lapides, & non habentes terram viſcoſam, commiſcent terram mundam cum oleo forti, & exiccant eam ad ſolem, & hoc modo dicunt quidam fieri poſſunt cotes ad acuendum ferramenta*. Quod autem bilis pinguis ſit idem affirmat Hipp. 6. Epid. 5. & 6. & quod viſcida in fine Coacarum Prænot. quando ait *viſcida bilioſa ad aurium magis abſceſſus prompta ſunt*; quam coacam, & recipiens, & exponens conſumatiſsimus Duretus bilioſum humorem incaleſcendo glutinoſum fieri edocet. Sed pręterea ad calculorum fabricam deuenire quandoque bilem, non ſolum docet Aetius, qui lib. 11. cap. 15. præſeruationem ab hoc affectu tradens vult debere expurgari bilem, quãdo ea eſt calculorum materia, ſed Trincauellius confirmat dum libro decimo capite ſexto ait ſe vidiſſe, calculos veſicæ per inciſionem extractos adeo rubros, vt corallium lapidem imitarentur. Verumenimuero, quia id raro contingit, & exigua eſt ea bilis portio, quæ in vrinis ſubſidet, quæque cum alijs crudioribus, glutinoſiſque ſuccis agglomeratur, imò cum ſuiſmet conſocijs particulis diffluit, quòd à natura ſatis efficaciter ab illius acredine irritata expellatur, hinc emanat, vt vix appareant, ac infrequenter valde comprehendantur in coagmentato calculo eius veſtigia. Quæ omnia non ſolum, vt puto allatam à nobis diſtinctionem pro hac concilianda diſcordia ſatis per bellè corrobo-

roborant, cum Medici illud ſolum, quod vt plurimum, non quod rarò accidit, & ſub ſenſum cadit attendant; verum ad alteram diſſenſionis partem enucleandam non incongruè viam ſternunt, adaperiuntq. Licet enim nodus iſte quantumuis præcipuus in ordine ad præſentem lucubrationem poſſet quàm facilè diſrumpi, ſi non diſſolui, affirmando nempe locum prædictum, & citatum textum, vnà cum XIX. antecedentibus, & XIV. ſubſequentibus, non eſſe ab Hipp. cõſcriptum, ſed germano, genuinoq. magni Præceptoris operi ab aliquo inſertum, vt videre eſt in Græco codice apud Aldum 1525. Venetijs impreſſum, editoq. à Fabio Aſulano, vbi tales textus non leguntur in hoc lib. de Aere, Aqu. & locis, vt nec etiam apud Fabium Caluum, qui primus in gratiam Clementis VII. Pont. Max. in Latinam linguam tranſtulit Hipp. opera, ſed ad finem lib. de Vulneribus capit. & cum hac animaduerſione, quòd ſecundum Gal. iudicium (forſan in Comment. huius lib. qui non extat) ea quæ illic ſubiunguntur ab aliquo fuerint ſuperaddita, ac per conſequens in nulla ferè exiſtimatione habenda, vtpote à magno Hippoc. non conſcripta; quia tamen prædicta ſententia ab omnibus tamquam ex ore Dictatoris elapſa recipitur, à nobis etiam in præſentiarum recipi debet, quòd præſertim ſano modo intellecta, & veritati cõſona, & Hippocraticæ doctrinæ conformis ſit.

Secunda Quæſtionis pars diſcutitur.

Quare huiuſmodi omiſſa reſponſione, ſicut neutrũ ex digladiantibus Doctoribus vituperatione dignum exiſtimo, cum vterque patronos habeat magni nominis, & antiquo innitatur, veteriq. ſatis approbato codici, ita commendatione dignos putarem, ſi non adeo mordicus ſuam vellent amplexari lectionem, vt aliam omnino reſpuendam aſſererent. Vituperabilem enim non eſſe Cornarij, aliorumque lectionem à iuniore

Medico

Medico ſequutam ex ijs, quæ comprobauimus de ſubſidentia bilioſi ſucci in vrinis, ſatis manifeſtè apparet, quoniam ſi bilis poteſt ſubſidere, atque in veſica cum alijs humoribus ad calculum generandum accommodatis admiſceri, vt ex Aetio præſertim decerpſimus, quid prorſus vetabit cur affirmare nō valeamus bilioſiſsimum iſtic manere, ac coaceruari, & concreſcere? bilioſiſsimum dico, quia acerrima illa bilis pars tametſi craſſa, denſaque, vt potè calidiſsima minimè ablegāda venit à totius etiā ſynceriſsimi humoris nomenclatura. Quid inſuper prohibet quominus pronūciare poſsimus per huiuſmodi dictionē velle auctorem noſtrum nō ſynceram intelligere bilem, ſed humorem quemlibet à veſica nimium excalefacta aduſtum, & talis aduſtionis ratione bilioſam quaſi naturam adeptum? nemo ſiquidem. Immo taliter vocem iſtam interpretando, omnes euitabimus difficultates in contrarium allatas, & quod magis refert auctoris menti conſentanea adſtruemus.

Voluit enim in hoc loco Hipp. edocere non ſolum in quibus hominibus ex illis, qui bibunt aquas omnigenas calculus generetur, & in quibus non, ſed vlterius ſignum etiamproponere, quō mediante calculum iam genitum cognoſcamus, & cur tale ſignum hanc obtineat energiam, illudque deſcribens, ait eſſe, *quia calculoſi vrinā mingunt ad ſimilitudinem ſeri, eò quod id quod craſſiſſimū eſt, & bilioſiſſimum, iſtic manet, coaceruatur, & concreſcit.* Exquibus patet eum velle propoſitionem hanc vniuerſalem caſui particulari à ſe propoſito applicare, & cum in tali caſu nulla fiat de bile mentio, ſed ſolum de limo, & arena in vaſis ſubſidentibus, nec per vrinam ob ſtomachi veſicæ inflammationemexire valentibus, imo hanc ob cauſam illic retentis, & aduſtis, in eorumque retentione vrina diffluat

fluat ſubtilis valde, & quaſi aqua, profectò incongruè loqueretur,& ab re,ſi de illius materiæ retentione verba faceret, de qua in particulari caſu, cui vniuerſalis propoſitio applicari debet, nulla ſit mentio. Cum ergo dixerit calculum oriri ex retentione limi, & arenæ, & talem retentionem vrina demonſtret ad ſimilitudinem ſeri excreta, nullo pacto comprobanda venit biliofiſsimi lectio, niſi in ordine ad limum, arenamque retentam, cum materiæ iſtæ à continente veſica aduſtionem perpeſſæ, bilioſiſsimi nomen mereri valeant.

Sed quemadmodum in ſenſu iſto recipiendam putamus Χολωδέστατον vocem,minimeq. vituperandam, & repudiandamq. ſic ex aduerſo commendatione etiam dignum arbitramur Codicem illum, qui Θολωδέστατον habet,ac legit, eoſq. inſimul Doctores, qui de tali lectione congaudent.Vt enim verum fatear Hippocraticæ dictioni,magis videtur conformis talis lectio, magiſq. conſentanea ijs,quæ in antecedentibus habentur conſcripta: cum enim in illis tenuiſſimo Hipp.opponat craſſiſſimum,& püriſſimo turbidiſſimũ,& hanc eandem repetat in noſtro Textu oppoſitionẽ, iiſdem etiam vti nominibus veriſimile eſt,non diuerſis, vt bilioſiſsimũ eſt, nullam prorſus cum puriſſimo habens conrepugnantiam, & non niſi impropriè loquendo cum turbidiſſimo conſignificationem.

Ex quibus, ni fallor,colligere ſatis licet,quod quẽadmodum negandum minimè venit bilem quoq. ipsã ad veſicæ calculi generationem non efficienter modò, ſed materialiter etiam ſecundum aliquam ſui portionẽ locum habere, ita Codicem illum, qui turbidiſſimum habet, præferendum alteri bilioſiſſimum legenti,anteponendumq. venire, & eò vel magis, quòd lectio iſta rationabilior multo videtur,& verior, quippe quæ ratioan-

Medico ſequutam ex ijs, quæ comprobauimus de ſubſidentia bilioſi ſucci in vrinis, ſatis manifeſtè apparet, quoniam ſi bilis poteſt ſubſidere, atque in veſica cum alijs humoribus ad calculum generandum accommodatis admiſceri, vt ex Aetio præſertim decerpſimus, quid prorſus vetabit cur affirmare nõ valeamus bilioſiſsimum iſtic manere, ac coaceruari, & concreſcere? bilioſiſſimum dico, quia acerrima illa bilis pars tametſi craſſa, denſaque, vt potè calidiſsima minimè ablegãda venit à totius etiã ſynceriſsimi humoris nomenclatura. Quid inſuper prohibet quominus pronũciare poſsimus per huiuſmodi dictionẽ velle auctorem noſtrum nõ ſynceram intelligere bilem, ſed humorem quemlibet à veſica nimium excalefacta aduſtum, & talis aduſtionis ratione bilioſam quaſi naturam adeptum? nemo ſiquidem. Immo taliter vocem iſtam interpretando, omnes euitabimus difficultates in contrarium allatas, & quod magis refert, auctoris menti conſentanea adſtruemus.

Voluit enim in hoc loco Hipp. edocere non ſolum in quibus hominibus ex illis, qui bibunt aquas omnigenas calculus generetur, & in quibus non, ſed vlterius ſignum etiamproponere, quo mediante calculum iam genitum cognoſcamus, & cur tale ſignum hanc obtineat energiam; illudque deſcribens, ait eſſe, *quia calculoſi vrinã mingunt ad ſimilitudinem ſeri, eò quod id quod craſſiſſimũ eſt, & bilioſiſſimum, iſtic manet, coaceruatur, & concreſcit*. Ex quibus patet eum velle propoſitionem hanc vniuerſalem caſui particulari à ſe propoſito applicare, & cum in tali caſu nulla fiat de bile mentio, ſed ſolum de limo, & arena in vaſis ſubſidentibus, nec per vrinam ob ſtomachi veſicæ inflammationemexire valentibus, imo hanc ob cauſam illic retentis, & aduſtis, in eorumque retentione vrina diffluat

fluat ſubtilis valde, & quaſi aqua, profectò incongruè loqueretur, & ab re, ſi de illius materiæ retentione verba faceret, de qua in particulari caſu, cui vniuerſalis propoſitio applicari debet, nulla ſit mentio. Cum ergo dixerit calculum oriri ex retentione limi, & arenæ, & talem retentionem vrina demonſtret ad ſimilitudinem ſeri excreta, nullo pacto comprobanda venit bilioſiſsimi lectio, niſi in ordine ad limum, arenamque retentam, cum materiæ iſtæ à continente veſica aduſtionem perpeſſæ, bilioſiſsimi nomen mereri valeant.

Sed quemadmodum in ſenſu iſto recipiendam putamus Χολωδέστατον vocem, minimeq. vituperandam, ac repudiandamq. ſic ex aduerſo commendatione etiam dignum arbitramur Codicem illum, qui Θολωδέστατον habet, ac legit, eoſq. inſimul Doctores, qui de tali lectione congaudent. Vt enim verum fatear Hippocraticæ dictioni, magis videtur conformis talis lectio, magiſq. conſentanea ijs, quæ in antecedentibus habentur conſcripta: cum enim in illis tenuiſſimo Hipp. opponat craſſiſſimum, & puriſſimo turbidiſſimũ, & hanc eandem repetat in noſtro Textu oppoſitionẽ, ijſdem etiam vti nominibus veriſimile eſt, non diuerſis, vt bilioſiſsimũ eſt, nullam prorſus cum puriſſimo habens conrepugnantiam, & non niſi impropriè loquendo cum turbidiſſimo conſignificationem.

Ex quibus, ni fallor, colligere ſatis licet, quod quẽadmodum negandum minimè venit bilem quoq. ipsã ad veſicæ calculi generationem non efficienter modò, ſed materialiter etiam ſecundum aliquam ſui portionẽ locum habere, ita Codicem illum, qui turbidiſſimum habet, præferendum alteri bilioſiſſimum legenti, anteponendumq. venire, & eò vel magis, quòd lectio iſta rationabilior multo videtur, & verior, quippe quæ ratioan-

tionabiliorem, veriorem〈q〉. oſtendat enunciatam propoſitionem. Siquidem cum vniuerſaliter proponat Hipp. calculoſos omnes vrinam mingere ſplendidiſſimam ad ſimilitudinem ſeri, & effectus iſte in duas poſſit referri cauſas, in bilioſiſſimi. ſ. ſubſidentiam, & turbidiſſimi, illa magis recipienda venit, quæ magis vniuerſaliter tali effectui conſociatur, & correſpondet: at huiuſmodi eſt turbidiſſimi concretio, non bilioſiſſimi, cum illud perpetuò in omni calculo veſicæ locum habeat, vt iam ſupra ex Galeno fuit aſſertum, iſtud verò nonniſi rarò, cum raro bilis abundet in calculoſis, vt de pueris morbo huic peculiariter obnoxijs natura ſua ſanguineis, non bilioſis apparet.

Admiſſa autem turbidiſſimi lectione, de quocunq. veſicæ calculo verificari poterit propoſitio Hippocratica, ſecus ſi bilioſiſſimum legamus, cum dari nec infrequẽter caſus poſſit, vt quis ſola ſcatens crudiuſculorũ, glutinoſorumq. humorum colluuie abſq. vlla vel imaginabili bilis præſentia in lithiaſim incidat, & calculoſum affectum, vt propterea non ſine ratione magnus Hipp. in lib. de Natura Hum. de hac materia, in pueris verba faciens, materialem calculorum cauſam in ſolam humorum craſsitiem refuderit, efficientem vero non in bilem ipſam, vel ardorem veſicæ à bile communicatum, ſed in eam caliditatem, *quam habet homo in puerili ætate ſui reſpectu*.

Verumenimuero, quia omnia iſta à nobis prolata non mediocrem ſuſcipient corroborationem, atque inſimul declarationem ex argumentorum à digladiãtibus Medicis nimium forſan in extremis conſiſtentibus allatorum, examine, idcirco ſub rationis trutina eorum quæſo experiamur firmitudinem, atque robur, & à primo prioris opinionis incipiendo, illud ſolum ex eo colligere poteſt ingenioſiſsimus Doctor, quod

Reſponſio ad primum Argumentũ Medici Iunioris.

nume-

numeroſam Auctorum alam proſequutus, vituperationem non meretur, ſed laudem, non tamen propter hoc ei inferre licere talis textus indubitatam certitudinem vt pote, vt reſpondetur ex aduerſo vni tantum codici à Iano Cornario, quem omnes poſtea indiſcriminatim ſequuti ſunt tranſlato, innixam, nulla ad alios codices, & eum præſertim, in quem impegit Gadaldinus, conſideratione prehabita. Ad Secundũ.

Quid de ſecũdo Argumẽto? Ergo ſane omiſſa nũc de illo ardore cauſato à bile diſcuſſione, quem quippe ab alijs etiã cauſis induci poſſe nõ dubito, incõgruè mihi videtur hinc inferrè iuxta Hipp. mentẽ, quod bilis defectus ſit in cauſa, vt calculi non generentur. Intentio ſiquidem illius non alia eſt, quam docere propter quid ij, qui aquas omnigenas bibunt, & de magnis fluminibus, calculo laborent, & in eorum vaſis limus, & arena ſubſideat, & ait, quod in illis hoc contingit, qui habent aluum, & veſicam ardentem, & feruidam, *nam veſica taliter affecta non dimittit vrinam, ſed in ſe ipſa concoquit, & adurit, & quod quidem tenuiſſimum in ipſa eſt excernitur, & quod puriſſimum eſt, tranſit, & emingitur, quod vero craſſiſſimum eſt, & turbidiſſimum iſtic manet.* Ecce ergo quod Hipp. de bile non facit mentionem, ſed ſolum de difficultate meiendi ex inflammatione veſicæ exorta (exoriri autem poteſt ex pituita ſalſa, & alijs cauſis à bile: vt ex ſanguine ipſo, vel ichore aliquo calidorum humorum, aut etiam ex retentione fæcum, vel ex fuliginibus ipſis in veſicæ venulis detentis, cùm de propriè dicta inflammatione non loquatur Hipp. ſed de ea, quæ phlogoſis potius appellatur). Nec concludit remanere bilioſiſſimum, ſed turbidiſſimum, ideſt limum illum terreum, de quo in ſuperioribus verſiculis propoſuerat docendum cur in vrinis ſubſideat, ideoque etiam affirmat

talem in ijs non reperiri ſubſidentiam, *quorum aluus fluida eſt, & ſana, & veſica non ardens, quippe qui vrinam facilè eijciunt, & in veſica nihil ipſis congregatur*, ſecus ac in illis, qui habent aluum ardentem, & feruidam, in quibus talis feruor communicatur veſicæ, & inde oritur retentio, & aduſtio limoſæ materiæ.

Ad Tertium. Ad id vero quod 3. loco proponitur, reſponſio etiam facilis eſt, ſi affirmemus, vt reuera affirmandum venit, nequaquam videlicet Hipp. præſcribere tale vinum in gratiam cauſæ materialis, ſed efficientis, hoc eſt non vt humorem limoſum, & glutinoſum, qui facit calculum oppugnet, ſed vt veſicæ immoderatum calorem, à quo craſſarum vrinæ partium retentio, aduſtioque cauſatur, oppugnet, ac propterea rationem afferens cur tale vinum exhibeat, ſic inquit: *minus enim venas adurit, & exiccat*. Reſpicit ergo cauſam efficiētem, hoc eſt veſicam inflammatam, non cauſam materialem, ideſt viſcidum, limoſumque ſuccum, & propterea ad id, quod magis vrgebat ſcopum dirigens noſter Auctor, nempe ad caliditatem immodicam veſicæ, limi nedum, & arenæ detentionem, ſed vſtionem etiam inducentem, vinum maluit proponere quam aquoſiſſimum, vtpote valde aptum ad talem compeſcendam caliditatem, quam meracum validum, vnde maior in veſica caliditas, & in retenta forſan materia exiccatio, quam attenuatio poſſet oriri, vt alias prætermittam noxas, quas ex meracioris vini hauſtu poſſe infantulis prouenire, nemo eſt vel in Medicorum libris euoluendis, vel in Gentium moribus dignoſcendis leuiter verſatus, qui non ſciat. Quocirca nō ſine maxima ratione quam aquoſiſſimum vinum commendat Hipp. ſilentioque inuoluit meracū quamuis attenuatoria vi præditum, illudque ei nedum, ſed lacti ipſi, biliofo tamen præponit, adeo formida-

midabat magnus vir quæcunque vel alioquin laudabiliſſima, dummodo veſicam poſſent quoquo pacto calefacere, & calefaciendo excrementorum illic ſtabulantium excretionem impedire; ad quæ duo capita omnis ferè reducitur calculorum origo,& cauſa,eodẽmet Gal. in loco citato confirmante, quando minimè fieri poſſe ait, *vt ij generationem nanciſcantur, ſi humores ſunt tenues, & viæ molliores, apertæ*, innuens contraria requiri, craſſitudinem nempe ſuccorum, & meatuum, viarumque, per quas debent pertranſire obſtructionem. Ad quæ proinde reſpiciens Hipp. biliosum lac infantibus vetauit, non quia bilis concurrat ad generationem lapidis veſicæ, vt in argumento proponitur, ſed *quia ventrem percalefacit, & veſicam*, talique excalefactione anguſtius reddit orificium veſicæ, & quominus vrinam dimittat, vt ſuperius dixerat, impedimento exiſtit. Nec rationi huic Galenica ſuffragatur auctoritas, præterquam quod enim citato loco de Renum calculo, non veſicæ loquitur, dato etiam loqui, & veram eſſe propoſitionem allatam, vt veram exiſtimo; adhuc tamen non elicit intentum,cũ magis poſſit veſicæ ardor ad craſſos indurandos ſuccos, quàm vinum ipſum ad eoſdem attenuandos, & incidendos. Neque ideo vetat Hipp. lac bilioſum infantulis ipſis (quod etiam in alio argumento à Iuniore inſeritur) quia bilis concurrat ad generationem lapidis veſicæ, ſed vt ex contextu apparet, *quia lac calidum, & bilioſum ventrem percalefacit, & veſicam.*

Et hinc etiam conſpicitur quartæ rationis imbecillitas, cum ardorem illum, in quo maximè ſuam fundat intentionem Excellentiſſimus Doctor, non recognoſcat Hipp. in veſica ex bile ipſa, ſed ex ardore alui communicato veſicæ, & eius ſtomacho illi coardeſcenti. Neque dicit calculum fieri in pueris ex lacte Ad Quartum.

bilioſo qûòd veſicam ſolum percalefaciat, ſed ventrem quoque, & veſicam, ventrem .ſ. primò; & per ſe, veſicam verò ſecundariò, & per conſenſum. Nec prӕterea dicit calculum in pueris fieri ex lacte ſolum, ſed etiam ex limo ſubſidente, de quo .ſ. prius fuerat locutus. Quare ab inſtituto propoſito de limo, & arena non recedens in 24. tex. ſubiungit. *Fit autem pueris etiam ex lacte, ſi non ſalubre id fuerit, ſed valde calidum, & bilioſum, ventrem enim percalefacit, & veſicam,* vbi apparet eum minimè loqui de lacte, vt cauſa materiali, ſed vt efficiente, cum de eo loquatur in ordine ad eam excalefactionem, quӕ vrinӕ dimiſſionem remoratur; & iure quidem, ſi conſentanea proferre volebat ijs, quӕ alias de hac materia conſcripſerat in 4. de Morbis, quo in loco de lacte in ordine ad calculum verba habens, nequaquam bilioſo hanc attribuit facultatem, videlicet materialiter concurrendi, ſed pituitoſo, & terreo, vt pote, Salio exponente, quo terreum materiam formando calculo aptam continenti, quo autem pituitoſum gluten ipſum, quo partes terrӕ conglutinatӕ, ac in vnum conglobatӕ, formam lapidis facilè recipiunt; lacti autem bilioſo id ſolum adſcribit, *vt ſi illud ſuxerit puer, morboſus fiat, ac debilis*, de calculo ne verbum quidem ſubiungens. An forſan dicet ſugentem lac infantulum aquas prӕdictas non bibere, ac proinde in eius limoſam, arenoſamque partem non debere referri materialem calculi cauſam, ſed in lac tantum, quo nutriuntur? Pulcra reſponſio, at non vera, quandoquidem, cum Hipp. de illis loquatur pueris, quibus conuenire melius (ait) vinum, quam aquoſiſſimum, quàm lac, non de ſolummodo lac ſugentibus verba facere comprehēditur; ſed dato etiam de lac tantummodo ſugentibus verba facere, an propterea lac bilioſum ſecundum omnes ſui

partes

partes, materialiter concurrere infertur?nequaquam, cum fieri poſsit, vt id, quod bilioſum in eo eſt, veſicæ ſtomachum calefaciat, & prætetfluat, quod verò terreum craſſumque exiſtit illic pro calculo extruendo conſiſtat, atque ſubſideat. Sed quid tandem ad illud in argumento pronunciatum de ineptitudine veſicæ ad calculum ſine bilis præſentia coagmentandū? putat ſiquidem eruditus vir nequaquam fieri poſſe,vt veſica natura ſua exanguis, & frigida ſine caliditate à bile recepta poſſit ex pituita frigida, & humida, abſumendo omnem humiditatem calculos generare duros veluti lateres, qui aqua non ſoluuntur; nam, vt inquit, ſi à modico calore gignerentur, aqua iterum ſoluerentur,ſicuti videmus lutum amodico igne ſiccatum, ſi humore iterum imbuatur, ſolui, & non niſi à vehementiſſimo igne in lapidoſam duritiem cócreſcere. Dicimus tamen, quod licet non parum coadiuuet lithiaſis generationem bilioſus humor,vt veſicam præſertim concalefacit, & inflammat, abſolutè tamē loquendo non eſſe ſimpliciter neceſſarium ad hunc producendum effectum.Requiritur ſanè,vt ait Gal. 3. Aph. 26. & 6. Epid. 3. 15. caloris copia, & vehementia, non ea tamen (quidquid dicat Paulus Ægineta lib. 3. ſuæ Medicinæ, & Rhaſes 10. Cont.& cum ipſis nonnulli alij Doctores), vt ignea prorſus, & præternaturalis exiſtat,ſiquidem vt omittam Trall.qui lib.9. cap. 7. hac de re ſermonem habens, quemadmodum in renibus calculos oriri ex ignea aſſeruit caliditate,ſic in veſica nō à tanta caliditate,*ſed materia potius craſſiorè, & ad gignendos calculos prompteque ab inſita caliditate concreſcendos idonea prouenire affirmauit*, Hipp. noſter in hanc inſitam pueris caliditatem opificium iſtud reducit,non in lib.ſolùm de Natura Humana alias cit. ſed in 6. etiam Epid. ibi enim rationem afferens, cur

Qui calor ad generādos calculos requiratur.

in vi-

in viris calculi veſicæ non fiant, veluti in pueris, ſic ait. *Viris autē calculi non generantur propter corporis frigiditatem, nam id probè noſſe oportēt, quod homo primis diebus calidiſſimus eſt ſui reſpectu, vltimis frigidiſſimus, neceſſe eſt enim augeſcens, & ad vim procedens corpus calidū eſſe, vbi autem incæperit marceſcere, corpus delabens in ocium, frigidiſsimum euadit, & iuxta hanc rationem quātò amplius primis diebus homo augeſcit, tanto calidior exiſtit, & quantò plus vltimis diebus marceſcit, tantò frigidiorem eſſe neceſſe eſt:* non ergo in igneam, ſed in naturalē puerorum caliditatem, talem refundit cauſam, vt etiam 6. Epid. quando ſic loquitur. *Poſt mictum concretio pueris magis, num quia calidiores?* In quibus verbis adeo clarum eſt eum loqui de illa caloris vehementia, qua naturaliter donati ſunt, quam quod clariſſimum, cum de ea loquatur, ſecundum quam alias excedūt ætates, qualis profecto non eſt aduentitia, vel ignea, ſed naturalis, & inſita. Quia vero contingere etiam poteſt, vt tunc præſertim cum non tanta adeſt materialis cauſæ ad concreſcendum in lapidē aptitudo, vt ignea adſit, requiraturque caliditas, ideo Aetius, vt omnem quantumuis particularem caſum, comprehenderet, nulla de ignea, vel naturali diſtinctione habita in ſolam loci caliditatē craſſiſſima lotia deſiccantem, hunc reducit effectum. Non ita exercitatiſſimus Serapio, quippe, qui omnem volens ambiguitatem remouere, ſic 4. Breuiar. cap. 19. pronunciat. *Materia, ex qua generatur lapis, eſt humor groſſus, crudus, qui deſcendit ad renes, & veſicam cum aquoſitate, quæ attrahitur à ſanguine ad renes, vt expellatur ad extra corpus, & non expellitur, ſed retinetur in renibus, vel veſica, & efficiens ipſum eſt vt plurimum ignea.* Quæ verba dilucidans Nicol. Florent. ſerm. 5. tract. 9. cap. 12. hæc ſubiungit. *Et in hoc innuit, quod calidi-*

caliditas agens in lapidem non eſt ſemper vehemens, ſicut iam multi antiquorum putauerunt, ſed dixit Serapio quãdoq. eſt temperata, & hoc ideo dixit ipſe, quia maior cauſarum, & magis vincens in generatione lapidis eſt groſſitudo materiæ, & eius viſcoſitas: caliditas autem poteſt eſſe temperata, immo, vt dicunt quidam, & remiſſior temperata, vt generatio lapidis in phlegmaticis, & melancholicis, & ſenibus, & natura frigidis manifeſtat.

Ecce ergo quòd non Hipp. modò, ſed multi alij etiã Medicinæ proceres in vnam loci caliditatem, etiam naturalem effectum iſtum reducunt: neque enim ita exanguis eſt, & frigida puerorum veſica, vt calorem non poſſideat valde aptum ad calculi formam in benè diſpoſitam materiam introducendam; & licet talis calor intenſiuè, vt ita dicam, & ſecundum rem copioſus non videatur, & vehemens, extenſiuè ſaltim, & ad minus ſecundum modum talis erit, ac per conſequens paulatim craſſam materiam, atq; viſcidam poterit tenuioribus ſpoliare partibus, ſicq. in lapidoſam, tophoceamq. naturam commutare, qui quidem lapides eò duriores exiſtent, vt animaduertit Nicol. quo à vehementiori calore fuerint elaborati: ait enim *quod remiſſio caloris naturalis facit plus ad magnificationem lapidis, quam ad ipſius duritiem, & è conuerſo eius intenſio plus facit ad duritiem, quàm ad magnitudinem*. Qualiſcumque autem ſuccedat durities: cum ea ſuperficialis non ſit, & à debili agente in indiſpoſitam materiam introducta, vt eſt, quæ in luto exiccato ab igne conſpicitur; ideo non facilè ab aqua diſſoluitur, vt lutum: ſupponimus enim materiam valde diſpoſitam, & actiuitatem non denegamus caliditati illi, quæ ſine vlla intermiſſione operatur; quanti autem valeat iſta agendi in paſſum continuitas, aeris exiguus calor, magna etiam, duriſſimaq. corpora ad putrefactionem, paulatim quidem,

ſed

ſed irrequietè peragendo deducens, oſtendit. Quare cum caliditas veſicæ extenſiuè multa ſit,& vehemens, multamq. hoc modò,& vehementem habeat exiccandi facultatem, nulli mirum videri debet, ſi duritiem calculis præſtet indiſſolubilem, vt inſolubilia ea eſſe affirmabat Ariſt.4.Metheor. quæ à ſicco,calidoq. concretionem ſuſcipiũt. Sed dato etiã talẽ calorem debere eſſe intenſiuè multum,atque igneum,vehementemque, vt talis præſertim eſt in caſu ab Hipp. propoſito, num propterea bilis ſemper arguet præſentiam,& non alterius calidioris humoris? & ſi hoc arguet, debebit ne bilis calefaciens è veſſicæ vaſis ſemper exire,atque in eiuſdẽ veſicæ cauitatem trãſcurrens cũ vrina permiſceri? & ſi permiſceri,neceſſariò illic ſubſidere, & concreſcere? certè neceſſitatem hanc in humore adeo tenui, tamque cum vrina permixto, & ſua natura ad excitandam facultatem expultricem,ad ſemet quoque ipſum pellendum idoneo,nequaquam video.

Ad Quintum. Quare hoc iam ſatis diſcuſſo argumento, ad quintũ amabò Herculeam ſanè prima fronte præſeferens fortitudinem accedamus duplici reſpondendi modo muniti. Primo ſcilicet argumentationis ſuppoſitum abnegantes,quod Hipp. nempe rationem reddat, ob quã calculoſi in bilis multitudine vrinam mingant ſplendidiſſimam,quia de bile ne verbum quidem & rationẽ ſolummodo affert,cur veſicæ calculo laborantes, vniuerſaliter loquendo,talem mingant vrinam,propterea; que optimè reſpondet,quia id, quod craſſiſſimum eſt, & turbidiſſimum iſtic manet. Quod profectò non feciſſet,ſi bilioſiſſimum ſtrictè ſaltim loquendo, iſtic remanere affirmaret: quandoquidem ob bilis ſubſidentiam, poſſet forſan alba fieri vrina, ſed non neceſſariò ſplendida, ſicut ad turbidiſſimi retentionẽ, vt cuilibet vrinæ albæ naturã,differentiaſq; contemplanti patebit.

Secun-

Secundo etiam nec irrationabiliter reſpondere poſſumus nequaquam Hippocr. dicere vrinam albam, ſed ſplendidiſſimam λαμπροτάτων Græcè, ideſt claram, nitidam, diaphanam, & puram; ideòq. non benè concludi biliofiſſimum remanere: ſicut enim præſente bile, alba nequit apparere vrina, ita quin pura, atque nitida conſpici valeat, non eſt quod impediat, vt ex Galen. 1. de Criſ. 12. & 4. Aphor. 72. ſic loquente, colligitur. *Quibuſdam*, inquit, *vrinæ ſunt perſpicuæ, non etiam albæ, compage quidem tenues, colore verò biliofæ, quæ verò limpidæ ſimul, & albæ exiſtunt, aquoſæ ſunt omnino*. Si ergo coniungi poteſt perſpicuitas vrinæ, & ſplendor cũ bilioſo humore, non benè profectò ex vrinæ ſplendore bilis abſentia deprehenditur. An dicet non ex ſolo ſplendore, sed ex ſimilitudine ſeri aquei prorſus, & albi deprehendi? Sed hæc quoque debilis illatio, cùm ſatis manifeſtè ſenſu dignoſcere valeamus, vt animaduertit, quamuis in alium finem Baccius Baldinus in Cōmen. huius loci, clarum omnino non eſſe, atque album ſerum ipſum, imò quaſi luteum, palearemque colorem præſeferens. Et in hoc Hipp. rationis vis conſiſtit, vt nimirum calculoſi vrinam mingant defæcatã, atque nitidam ob craſſarum, turbidarumque vrinæ partium ſubſidentiam, ac ſeparationem, non ſecus ac in ſero conſpicitur, quod ex caſeoſæ portionis in lacte ab eo ſegregatione, depuratũ, ſplendidumq. reſultat.

An inſuper dicet Hippocr. ſupra in tex. 15. & 17. vti hac voce ſplendidiſſima in enumerãdis bonæ aquæ qualitatibus, ac per conſequens dũ ea vtitur in ſubſequẽtibus textibus, nõ bilioſo, ſed aqueo prorſus colori accomodare? Pulchra quidem obiectio, ſubſiſtens minimè; ſi enim talis vox ad colorem refertur, eumque album omni aquæ proprium, optimæ attribueret Hippocrates, quod peſſimæ etiam non denegatur; refer-

E tur

tur ergo ad ſubſtantiam, non ad colorem, & propterea iure optimo bonã aquam debere eſſe non albam, ſed limpidiſſimam, ideſt puriſſimam, nitidiſsimamque conſtituit, qualitatem hanc turbiditati aquarum opponens, vt ex tex. id colligitur: Ibi etenim docet, quod in elaboratione bonæ aquæ, id quod turbidum eſt, in ipſa debet ſegregari, & decedere, quod verò tenuiſſimum, ac leuiſsimum, addo limpidiſsimum relinqui, quare, & conſimiliter in tex. 23. ex turbidiſsimi ſegregatione, non ex bilioſiſsimi ſubſidentia limpidiſsimam reſultare vrinam pronunciabit.

Verùm ſic inſuper argumentabitur ſtudioſiſsimus vir: Per limpidam vrinam ad ſimilitudinem ſeri ea debet ſubintelligi, quæ calculoſorum omnium propria exiſtit, talis eſt alba, & aquea ex Gal. primo de Locis Affect. cap. primo, quem Medici omnes vrinam talem inter calculi veſicæ ſigna reponentes conſequuntur; alba ergo intelligenda erit, & aquea, & ſi rationem ab ipſis perquiras, quia inquiẽt, *humores vrinæ admixti per anguſtos meatus permeare nequeunt*.

Reſpondetur tamen propoſitionem illam, vt à Gal. affertur nihil planè præallatæ ſentẽtiæ ſuffragari; dum enim ſic ait: *Age igitur ſubijciamus, vt puer calculo laboret: apparuerint verò antea calculi inditia. Vrina quidem aquæ ſimilis, in qua ſubſident ſabuloſa, &c.* Quis non videt eum ſupponere meatus tam patẽtes, vt ſabulum etiam, & arena tranare valeant, nedum bilis ijs valde ſubtilior, dummodo tamen illic adſit? Addamus nec vniuerſaliter loquendo albam eſſe calculoſorũ vrinam, quandoquidem, vt perbellè diſtinguit Ludouicus Mercat. lapidis iam futuri præludium eſt vrina craſſa, incipientis arenoſa eſt ſignum; perſpicua, & alba iam facti, cruentis mucoribus plena iam adulti, ſuppreſſa grandioris; longè autem maioris, & exulcerantis veſi-

cam,

cam,cum teneſmo,& doloribus excreta. Sed demus albam eſſe,velut aquam calculoſorum vrinam, an propterea verum ob bilis ſubſidentiam,concretionemque albeſieri? Nequaquam meo iudicio. Mitto equidem difficile admodum eſſe colorantem lotium humorem, poſſe ab eo ſeparari,ac per talem ſeparationē colorem etiam communicatum deperdi(quod forſan contingere poſſet, ſi nō per coctionem,ſed per admixtionem talis miſcela ſequuta ſit perq. tenuiſſimas,anguſtiſsimaſque vias tranſcolatus ſit ſuccus) illud ſolum Medicis conſiderandum propono, non de calculo Renum, ſed veſicę nos loqui,ac propterea,num in illa,eiuſque ſtomacho tanta poſsit animaduerti obſtructio, ac interclufio,vt ſeroſitati expeditum præbeat exitum, bilem verò ei tam arctè coniunctam,tanque ſubtilem, ac inſuper naturali acredine ſui expulſionem ſollicitantem impediat,ac remoretur.

Ego enim, vt verum fatear, nunquam potui anguſtiam hanc adeo magnam mihi ipſi,quantum vis Claſſicorum virorum placitis de facile acquieſcenti, perſuadere,vt propterea communi hoc dicēdi modo ablegato, audiendam magis exiſtimem Ludouici Mercati reſponſionem, dū cauſam perquirens cur vrina craſſa futuri lapidis inditium ſit, tenuis verò, & clara iam facti,non in cholerę impeditum exitum, concretionēque in veſica refundit,ſed,vt inquit, *quia dum lapis gigni debet,mirum non eſt ſi vrina craſſa mingitur,quinimo ex craſſitie eius,quod remanſit in veſica,lapis futurus prædici poteſt,at cum iam genitus ſit, craſſum lapidi adhæret, & vrina mingitur clara, item calore quod craſſum eſt, cōcreſcit,& vrina ipſa ob cruditatem talis excernitur; nam lapidis conſortio natura nequit vrinam coquere,& mutare, ſed qualis in veſica ſuſcipitur ſeparata parte craſſa, mox excernitur. Præterquamquod ob irritamētum quam*

pauciſſimū ibidem immoratur. Quibus ſi addamus calculoſos omnes à principio præſertim enaſcētis mali, crudioribus abūdare ſuccis, vt ex Gal. 6. Epid. cit. colligitur, dū in pueris morbū hūc edacitati, intempeſtiuoq. motui attribuit, in lactantibus verò craſſo nimium lacti, & in adultis caſei frequentiori commeſtioni, et in quinto de Sanit. tuenda cap. 1. eos, qui à natura bono ſunt temperamento donati, maximè damnandos putat, ſi calculo laborant, quaſi id patiantur ob inobſeruatum honeſtum viuendi modum, non obſcurā ſanè rationem habebimus aqueæ calculoſorum vrinæ, cum tales ſoleant in cruditatum præſentia ab hominibus mingi, atque excerni. Quia verò ſumma non eſt talis cruditas, nec cauſam habet facultatis imbecillitatem, ſed obiecti potius ad facultatem improportionem, hinc oritur, vt non omnino albæ, & aqueæ tunc eijciantur vrinæ, ſed aliquali bilis tinctura ſuffuſæ. Cū enim tali tempore parum admodum bilis conſurgat, & illius tametſi quantitatis exiguæ nonnihil adhærens glutinoſis crudiſquè ſuccis in lacunę vrinariæ fundo reſideat, nonnihil verò cum lotio diffluat, excernaturq; mirū videri nequaquā debet, ſi minimū tribuat colorē, ac proinde ſi grauiſsimi quoque ſcriptores etiam generaliter loquendo albam eam velut aquam, ſeu vt Auicen. loquitur *ad albedinem decliuem* conſtituant.

Quare vel ex hac auctoritate nihil certi concluditur, vel nō niſi in lapide grandæuo verificatur, aut demum ſano modo intellecta aſſertioni iſti nō fauet, quēadmodum nec fauere ei exiſtimo, quod ſexto loco proponitur argumentum, vtpote non multum ſtabilibus obuallatum, innixumque propoſitionibus. Siquidem velut ex iam dictis apparet, quiuis vel mitis veſicæ calor, nedū igneus, & pręternaturalis, vt is eſt, qui in inflammatione inteſtini, & aſcarīdum puerorum

Ad ſextū Argumentum.

affectu

affectu ei poteſt communicari, ſi diſpoſitam nanciſcatur materiam potens eſt lapidoſam generare ſubſtantiam. Non generat autem perpetuò in illis caſibus, quia licet efficiens adſit principium, materialis deficit vt plurimum cauſa, limoſus nempe humor, glutinoſuſque, & terreus, & ſi is non deficeret, lapis nec etiã in veſica deeſſet. Ac propterea ſapientiſsimus Hipp. in ijs conſpiciens, qui omnigenas bibunt aquas, limum in vaſis ſubſidere, & arenam, materias apprimè aptas, vt in tophaceam commutentur naturam, modumque declarans cur ex iſtis nonnulli à lithiaſi præſeruentur, nonnulli autem in eam incurrant, quemadmodum effectus huius originem, ardenti aluo, feruidæque attribuit; ſic præſeruari eos affirmat, *quorum aluus ſatis fluida eſt, & ſana, & veſica non ardens*, quaſi velit dicere non ſat eſſe, vt aluus fluida ſit, & non adſtricta ad impediendum quominus generetur calculus in veſica, ſi inibi limus ſubſideat, & arena, ſed inſuper requiri, vt aluus ſit ſana, & veſica non ardens, quia etiã fluore præſente poteſt aluus ardeſcere, ardoremque veſicæ communicare, imò eadem exiſtente, & fluidã ſimul, & ſana, ex proprio affectu ardens eſſe, atque vt talis vrinam eijcere, dimittereque non valens calculoſæ affectionis extare principium. Ad quid enim volumus prçſeruationem à calculo in ſolã fluidam aluum refundere, ac per conſequens in bilem ad veſicam non confluentem, in oppoſitaſque cauſas eius geneſim, ſi Hipp. habemus apertiſsimè loquentem non aliam eſſe cauſam morbi huius, quam difficultatem eijciendi vrinam, dimittendique limum, & arenam in vaſis ſubſidentes, ac difficultatem hanc, nulla penitus de bile facta mentione in veſicæ ardorem, ſiuè proprium, ſiue ab aluo nimium feruida, æſtuanteque communicatũ, referentem? Præterea ſi in ſola alui ſtipticitate calcu-

in viris calculi veſicæ non fiant, veluti in pueris, ſic ait. *Viris autẽ calculi non generantur propter corporis frigiditatem, nam id probè noſſe oportet, quod homo primis diebus calidiſſimus eſt ſui reſpectu, vltimis frigidiſſimus, neceſſe eſt enim augeſcens, & ad vim procedens corpus calidũ eſſe; vbi autem inceperit marceſcere, corpus delabens in ocium, frigidiſsimum euadit, & iuxta hanc rationem quãtò amplius primis diebus homo augeſcit, tanto calidior exiſtit, & quantò plus vltimis diebus marceſcit, tantò frigidiorem eſſe neceſſe eſt:* non ergo in igneam, ſed in naturalẽ puerorum caliditatem, talem refundit cauſam, vt etiam 6. Epid. quando ſic loquitur. *Poſt mictum concretio pueris magis, num quia calidiores?* In quibus verbis adeo clarum eſt eum loqui de illa caloris vehementia, qua naturaliter donati ſunt, quam quod clariſſimum, cum de ea loquatur, ſecundum quam alias excedũt ætates, qualis profectò non eſt aduentitia, vel ignea, ſed naturalis, & inſita. Quia vero contingere etiam poteſt, vt tunc præſertim cum non tanta adeſt materialis cauſæ ad concreſcendum in lapidẽ aptitudo, vt ignea adſit, requiraturque caliditas, ideo Aetius, vt omnem quantumuis particularem caſum, comprehenderet, nulla de ignea, vel naturali diſtinctione habita in ſolam loci caliditatẽ craſſiſſima lotia deſiccantem, hunc reducit effectum. Non ita exercitatiſſimus Serapio, quippe, qui omnem volens ambiguitatem remouere, ſic 4. Breuiar. cap. 19. pronunciat. *Materia, ex qua generatur lapis, eſt humor groſſus, crudus, qui deſcendit ad renes, & veſicam cum aquoſitate, quæ attrahitur à ſanguine ad renes, vt expellatur ad extra corpus, & non expellitur, ſed retinetur in renibus, vel veſica, & efficiens ipſum eſt vt plurimum ignea.* Quæ verba dilucidans Nicol. Florent. ſerm. 5. tract. 9. cap. 12. hæc ſubiungit. *Et in hoc innuit, quod calidi-*

caliditas agens in lapidem non eſt ſemper vehemens, ſicut iam multi antiquorum putauerunt, ſed dixit Serapio quãdoq. eſt temperata, & hoc ideo dixit ipſe, quia maior cauſarum, & magis vincens in generatione lapidis eſt groſſitudo materiæ, & eius viſcoſitas: caliditas autem poteſt eſſe temperata, immo vt dicunt quidam, & remiſſior temperata, vt generatio lapidis in phlegmaticis, & melancholicis, & ſenibus, & natura frigidis manifeſtat.

Ecce ergo quòd non Hipp. modò, ſed multi alij etiã Medicinæ proceres in vnam loci caliditatem, etiam naturalem effectum iſtum reducunt: neque enim ita exanguis eſt, & frigida puerorum veſica, vt calorem non poſſideat valde aptum ad calculi formam in benè diſpoſitam materiam introducendam; & licet talis calor intenſiuè, vt ita dicam, & ſecundum rem copioſus non videatur, & vehemens, extenſiuè ſaltim, & ad minus ſecundum modum talis erit, ac per conſequens paulatim craſſam materiam, atq; viſcidam poterit tenuioribus ſpoliare partibus, ſicq. in lapidoſam, tophoceamq. naturam commutare, qui quidem lapides eò duriores exiſtent, vt animaduertit Nicol. quo à vehementiori calore fuerint elaborati: ait enim *quod remiſſio caloris naturalis facit plus ad magnificationem lapidis, quam ad ipſius duritiem, & è conuerſo eius intenſio plus facit ad duritiem, quàm ad magnitudinem*. Qualiſcumque autem ſuccedat durities: cum ea ſuperficialis non ſit, & à debili agente in indiſpoſitam materiam introducta, vt eſt, quæ in luto exiccato ab igne conſpicitur; ideo non facilè ab aqua diſſoluitur, vt lutum: ſupponimus enim materiam valde diſpoſitam, & actiuitatem non denegamus caliditati illi, quæ ſine vlla intermiſſione operatur; quanti autem valeat iſta agendi in paſſum continuitas, aeris exiguus calor, magna etiam, duriſſimaq. corpora ad putrefactionem, paulatim quidem, ſed

ſed irrequietè peragendo deducens, oſtendit. Quare cum caliditas veſicæ extenſiuè multa ſit,& vehemens, multamq. hoc modò,& vehementem habeat exiccandi facultatem, nulli mirum videri debet, ſi duritiem calculis præſtet indiſſolubilem, vt inſolubilia ea eſſe affirmabat Ariſt.4.Metheor. quæ à ſicco,calidoq. concretionem ſuſcipiũt. Sed dato etiã talē calorem debere eſſe intenſiuè multum,atque igneum,vehementemque, vt talis præſertim eſt in caſu ab Hipp. propoſito, num propterea bilis ſemper arguet præſentiam,& non alterius calidioris humoris ? & ſi hoc arguet, debebit ne bilis calefaciens è veſſicæ vaſis ſemper exire,atque in eiuſdē veſicæ cauitatem trãſcurrens cũ vrina permiſceri? & ſi permiſceri,neceſſariò illic ſubſidere, & concreſcere ? certè neceſſitatem hanc in humore adeo tenui, tamque cum vrina permixto, & ſua natura ad excitandam facultatem expultricem,ad ſemet quoque ipſum pellendum idoneo,nequaquam video.

Ad Quintum. Quare hoc iam ſatis diſcuſſo argumento, ad quintũ amabò Herculeam ſanè prima fronte præſeferens fortitudinem accedamus duplici reſpondendi modo muniti. Primo ſcilicet argumentationis ſuppoſitum abnegantes,quod Hipp. nempe rationem reddat, ob quã calculoſi in bilis multitudine vrinam mingant ſplendidiſſimam,quia de bile ne verbum quidem,& rationē ſolummodo affert,cur veſicæ calculo laborantes, vniuerſaliter loquendo,talem mingant vrinam,propterea que optimè reſpondet,quia id, quod craſſiſſimum eſt, & turbidiſſimum iſtic manet. Quod profectò non feciſſet,ſi bilioſiſſimum ſtrictè ſaltim loquendo, iſtic remanere affirmaret: quandoquidem ob bilis ſubſidentiam, poſſet forſan alba fieri vrina, ſed non neceſſariò ſplendida, ſicut ad turbidiſſimi retentionē, vt cuilibet vrinæ albæ naturã,differentiaſq; contemplanti patebit.

Secun-

Secundo etiam nec irrationabiliter reſpondere poſſumus nequaquam Hippocr. dicere vrinam albam, ſed ſplendidiſſimam λαμπροτάτην Græcè, ideſt claram, nitidam, diaphanam, & puram; ideoq. non benè concludi biliosiſſimum remanere: ſicut enim præſente bile, alba nequit apparere vrina, ita quin pura, atque nitida conſpici valeat, non eſt quod impediat, vt ex Galen. 1. de Criſ. 12. & 4. Aphor. 72. ſic loquente, colligitur. *Quibuſdam*, inquit, *vrinæ ſunt perſpicuæ, non etiam albæ, compage quidem tenues, colore verò bilioſæ, quæ verò limpidæ ſimul, & albæ exiſtunt, aquoſæ ſunt omnino.* Si ergo coniungi poteſt perſpicuitas vrinæ, & ſplendor cũ bilioſo humore, non benè profectò ex vrinæ ſplendore bilis abſentia deprehenditur. An dicet non ex ſolo ſplendore, ſed ex ſimilitudine ſeri aquei prorſus, & albi deprehendi? Sed hæc quoque debilis illatio, cùm ſatis manifeſtè ſenſu dignoſcere valeamus, vt animaduertit, quamuis in alium finem Baccius Baldinus in Cõmen. huius loci, clarum omnino non eſſe, atque album ſerum ipſum, imò quaſi luteum, palearemque colorem pręſeferens. Et in hoc Hipp. rationis vis conſiſtit, vt nimirum calculoſi vrinam mingant defæcatã, atque nitidam ob craſſarum, turbidarumque vrinæ partium ſubſidentiam, ac ſeparationem, non ſecus ac in ſero conſpicitur, quod ex caſeoſæ portionis in lacte ab eo ſegregatione, depuratũ, ſplendidumq. reſultat.

An inſuper dicet Hippocr. ſupra in tex. 15. & 17. vti hac voce ſplendidiſſima in enumerãdis bonæ aquæ qualitatibus, ac per conſequens dũ ea vtitur in ſubſequẽtibus textibus, nõ bilioſo, ſed aqueo prorſus colori accomodare? Pulchra quidem obiectio, ſubſiſtens minimè: ſi enim talis vox ad colorem refertur, eumque album omni aquæ proprium, optimæ attribueret Hippocrates, quòd peſſimæ etiam non denegatur; refer-

tur ergo ad ſubſtantiam , non ad colorem , & propte-rea iure optimo bonã aquam debere eſſe non albam , ſed limpidiſſimam, ideſt puriſſimam, nitidiſsimamque conſtituit , qualitatem hanc turbiditati aquarum opponens, vt ex tex. id colligitur: Ibi etenim docet, quod in elaboratione bonæ aquæ, id quod turbidum eſt, in ipſa debet ſegregari , & decedere, quod verò tenuiſſimum, ac leuiſsimum, addo limpidiſsimum relinqui, quare, & conſimiliter in tex. 23. ex turbidiſsimi ſegregatione , non ex bilioſiſsimi ſubſidentia limpidiſsimam reſultare vrinam pronunciabit.

Verùm ſic inſuper argumentabitur ſtudioſiſsimus vir: Per limpidam vrinam ad ſimilitudinem ſeri ea debet ſubintelligi , quæ calculoſorum omnium propria exiſtit, talis eſt alba, & aquea ex Gal. primo de Locis Affect. cap. primo , quem Medici omnes vrinam talem inter calculi veſicæ ſigna reponentes conſequuntur; alba ergo intelligenda erit, & aquea , & ſi rationem ab ipſis perquiras, quia inquiet, *humores vrinæ admixti per anguſtos meatus permeare nequeunt*.

Reſpondetur tamen propoſitionem illam, vt à Gal. affertur nihil planè præallatæ ſentẽtiæ ſuffragari; dum enim ſic ait: *Age igitur ſubijciamus, vt puer calculo laboret: apparuerint verò antea calculi inditia. Vrina quidem aquæ ſimilis, in qua ſubſident ſabuloſa, &c.* Quis non videt eum ſupponere meatus tam patẽtes, vt ſabulum etiam, & arena tranare valeant , nedum bilis ijs valde ſubtilior , dummodo tamen illic adſit ? Addamus nec vniuerſaliter loquendo albam eſſe calculoſorũ vrinam, quandoquidem, vt perbellè diſtinguit Ludouicus Mercat. lapidis iam futuri præludium eſt vrina craſſa, incipientis arenoſa eſt ſignum; perſpicua, & alba iam facti, cruentis mucoribus plena iam adulti, ſuppreſſa grandioris; longè autem maioris, & exulcerantis veſi-

cam,

cam,cum teneſmo,& doloribus excreta. Sed demus albam eſſe,velut aquam calculoſorum vrinam, an propterea verum ob bilis ſubſidentiam,concretionemque albeſcieri? Nequaquam meo iudicio. Mitto equidem difficile admodum eſſe colorantem lotium humorem, poſſe ab eo ſeparari,ac per talem ſeparationē colorem etiam communicatum deperdi(quod forſan contingere poſſet, ſi nō per coctionem,ſed per admixtionem talis miſcela ſequuta ſit perq. tenuiſſimas,anguſtiſsimasque vias tranſcolatus ſit ſuccus) illud ſolum Medicis conſiderandum propono, non de calculo Renum, ſed veſicę nos loqui,ac propterea,num in illa,eiuſque ſtomacho tanta poſsit animaduerti obſtructio, ac interclusio,vt ſeroſitati expeditum præbeat exitum, bilem verò ei tam arctè coniunctam,tanque ſubtilem, ac inſuper naturali acredine ſui expulſionem ſollicitantem impediat,ac remoretur.

Ego enim, vt verum fatear, nunquam potui anguſtiam hanc adeo magnam mihi ipſi,quantum vis Claſſicorum virorum placitis de facile acquieſcenti, perſuadere,vt propterea communi hoc dicēdi modo ablegato, audiendam magis exiſtimem Ludouici Mercati reſponſionem, dū cauſam perquirens cur vrina craſſa futuri lapidis inditium ſit, tenuis verò, & clara iam facti,non in choleræ impeditum exitum, concretionēque in veſica refundit,ſed,vt inquit, *quia dum lapis gigni debet,mirum non eſt ſi vrina craſſa mingitur,quinimo ex craſsitie eius,quod remanſit in veſica,lapis futurus prædici poteſt,at cum iam genitus ſit, craſſum lapidi adhæret, & vrina mingitur clara, item calore quod craſſum eſt, cōcreſcit,& vrina ipſa ob cruditatem talis excernitur; nam lapidis conſortio natura nequit vrinam coquere, & mutare, ſed qualis in veſica ſuſcipitur ſeparata parte craſſa, mox excernitur. Præterquamquod ob irritamētum quam*

pauciſſimũ ibidem immoratur. Quibus ſi addamus calculoſos omnes à principio præſertim enaſcẽtis mali, crudioribus abũdare ſuccis, vt ex Gal. 6. Epid. cit. colligitur, dũ in pueris morbũ hũc edacitati, intempeſtiuoq; motui attribuit, in lactantibus verò craſſo nimium lacti, & in adultis caſei frequentiori commeſtioni, et in quinto de Sanit. tuenda cap. 1. eos, qui à natura bono ſunt temperamento donati, maximè damnandos putat, ſi calculo laborant, quaſi id patiantur ob inobſeruatum honeſtum viuendi modum, non obſcurã ſanè rationem habebimus aqueæ calculoſorum vrinæ, cum tales ſoleant in cruditatum præſentia ab hominibus mingi, atque excerni. Quia verò ſumma non eſt talis cruditas, nec cauſam habet facultatis imbecillitatem, ſed obiecti potius ad facultatem improportionem, hinc oritur, vt non omnino albæ, & aqueæ tunc eijciantur vrinæ, ſed aliquali bilis tinctura ſuffuſæ. Cũ enim tali tempore parum admodum bilis conſurgat, & illius tametſi quantitatis exiguæ nonnihil adhærens glutinoſis crudiſquè ſuccis in lacunę vrinariæ fundo reſideat, nonnihil verò cum lotio diffluat, excernaturq; mirũ videri nequaquã debet, ſi minimũ tribuat colorẽ, ac proinde ſi grauiſsimi quoque ſcriptores etiam generaliter loquendo albam eam velut aquam, ſeu vt Auicen. loquitur *ad albedinem decliuem* conſtituant.

Quare vel ex hac auctoritate nihil certi concluditur, vel nõ niſi in lapide grandæuo verificatur, aut demum ſano modo intellecta aſſertioni iſti nõ fauet, quẽadmodum nec fauere ei exiſtimo, quod ſexto loco proponitur argumentum, vtpote non multum ſtabilibus obuallatum, innixumque propoſitionibus. Siquidem velut ex iam dictis apparet, quiuis vel mitis veſicæ calor, nedũ igneus, & pręternaturalis, vt is eſt, qui in inflammatione inteſtini, & aſcarẽdum puerorum affectu

Ad ſextũ Argumentum.

affectu ei poteſt communicari, ſi diſpoſitam nanciſcatur materiam potens eſt lapidoſam generare ſubſtantiam. Non generat autem perpetuò in illis caſibus, quia licet efficiens adſit principium, materialis deficit vt plurimum cauſa, limoſus nempe humor, glutinoſuſque, & terreus, & ſi is non deficeret, lapis nec etiā in veſica deeſſet. Ac propterea ſapientiſsimus Hipp. in ijs conſpiciens, qui omnigenas bibunt aquas, limum in vaſis ſubſidere, & arenam, materias apprimè aptas, vt in tophaceam commutentur naturam, modumque declarans cur ex iſtis nonnulli à lithiaſi præſeruentur, nonnulli autem in eam incurrant, quemadmodum effectus huius originem, ardenti aluo, feruidæque attribuit; ſic præſeruari eos affirmat, *quorum aluus ſatis fluida eſt, & ſana, & veſica non ardens*, quaſi velit dicere non ſat eſſe, vt aluus fluida ſit, & non adſtricta ad impediendum quominus generetur calculus in veſica, ſi inibi limus ſubſideat, & arena; ſed inſuper requiri, vt aluus ſit ſana, & veſica non ardens, quia etiā fluore præſente poteſt aluus ardeſcere; ardoremque veſicæ communicare, imò eadem exiſtente, & fluida ſimul, & ſana, ex proprio affectu ardens eſſe, atque vt talis vrinam eijcere, dimittereque non valens calculoſæ affectionis extare principium. Ad quid enim volumus pręſeruationem à calculo in ſolā fluidam aluum refundere, ac per conſequens in bilem ad veſicam non confluentem, in oppoſitaſque cauſas eius geneſim, ſi Hipp. habemus apertiſsimè loquentem non aliam eſſe cauſam morbi huius, quam difficultatem eijciendi vrinam, dimittendique limum, & arenam in vaſis ſubſidentes, ac difficultatem hanc, nulla penitus de bile facta mentione in veſicæ ardorem, ſiuè proprium, ſiue ab aluo nimium feruida, æſtuanteque communicatū, referentem? Præterea ſi in ſola alui ſtipticitate calcu-

 lus

lus generatur, quia bilis eò non confluens, ſed ad veſicam, materiam præbet pro lapide conſtruendo; maior profectò excitabitur ardor in veſica, quo repit bilis, quam in aluo, vbi non adeſt; At ſi hoc verum, quomodo veſica ad alui ardorem coardeſcet, & minus calidum, magis calidum inflammabit? Aut ergo bilis ad veſicam nõ confluit, vel ſi confluit, non inflammat ſed elabitur cum vrina, aut Hipp. damnandus, quod æſtuare veſicam ab ardeſcente aluo deſcribat, actionem admittens à proportione minoris inæqualitatis prouenire, non maioris contra philoſophicum præceptum in ſecundo de Gener. & Corrupt. deſcriptum.

Ad vltimum. Sed vltimi iam argumenti propoſitiones examinemus, illud inprimis adnotando non ita clarum eſſe apud Gal. loco cit. quod Hipp. quandoque ſynonymis non vtatur vocibus: octauo enim cap. ſolummodo Pergamenus enunciat Hipp. ad vnũ nomen, & caput partialia ſemper reducere, nec de ſynonymis verbum vel habet minimum, & ſi id etiam affirmaret de ſummo Præceptore Gal. non de eo intelligeretur diexodicè loquente, vt hic, ſed aphoriſsicè tantum, & ſummariè. Ideoque poſſumus inprimis reſpondere ad obiectum, vel quod Hipp. addit turbidiſsimum ad ampliorem doctrinam, vel quod per craſsiſsimum, & turbidiſsimum intelligit res diuerſas ſecundum modum non ſecundum rem, idque ſufficere ad ſaluandam diuerſitatem inter vrinam craſſam, & turbidam ab auctoribus propoſitam, quandoquidem vt ait Galenus 4. Aphoriſm. 70. *craſſæ vrinæ turbidæ fiunt craſſam, & denſam materiam agitante, & verſante calore, atque in ea ſubigenda occupato*; Ex quibus ſatis clarè conſpicitur vtriuſque vnam eſſe materiam, denſum nempe, craſſumque humorem, (niſi quis velit forſan ineptè dicere aliam ſignificari materiam per craſſum, aliam per

per denſum) diuerſificatum tamen, quod in craſſa ſimpliciter vrina immotus adeſt, in turbida verò commotus, agitatuſq. exiſtit, vel demum admiſſa etiā qualicumque inter turbidum, & craſſum diuerſitate reſpōdere audacter poſſumus nequaquam inferri per illud bilem, per hoc pituitam ſignificari, & argumentum ad id comprobandum expoſitum, veluti in ſufficienti partium enumeratione deficiens, non concludere. Nam, vt Ariſtoteles ait lib. 3. de Natur. animal. 15. *Viuis hominibus non ſolùm humor, ſed etiam ſicca quædam concrementa deſcendunt in veſicam ex quibus calculi conficiuntur*, & præter quatuor enumeratos humores, ex Galeni placitis, eſt etiam ſuccus quidam crudus, & inconfectus, ideſt portio chili, & alimenti quæ, vt ille ait, 1. de Criſibus 12. & 1. Prognoſt. vlt. *In ſanguinis generatione naturæ refugit confectionem, & ad veſicam cum vrina delata, in ea ſubſidet, atque hypoſtaſim facit.* Et iſta portio crudioris, inconfectique alimenti eſt in caſu noſtro, terreus ille limus, & arenoſa ſubſtantia, quam ſubſidere in vaſis bibentium omnigenas aquas, docet Hippocrates; quamque in lib. 4. de Morbis, vnà cum pituita, tamquam glutine ad lapidis generationem ipſe expoſcit, & Ariſtoteles materialem calculi cauſam dignoſcit: vt proinde iuxta hanc veriſſimam doctrinam affirmare non iniuria valeamus, per craſſiſſimum limum intelligi, & arenam: per turbidiſſimum verò pituitam, aut è contra per craſſiſſimum pituitam, & per turbiſſimum arenoſam, limoſamq. materiam, concrementi nomine ab Ariſtotele indicatam.

Sed vlterius hac non admiſſa veritate, concludet forſan argumentum? Ambigo certè, cum præclariſſimos animaduertam Medicinæ ſcriptores, Auicenn. Nicol. Matthæum de Gradi, Montanum, alioſque non paucos crudiorem nedum in lapillorum opificio admittentes

pitui-

pituitam, ſed ſanguinem etiam, ac melancholiam, & bilem ipſam, immo & saniem in veſica retentam, in quorum propterea ſententia quanti valiturum ſit argumẽtum propoſitum omnis dignoſcet, qui eadem facilitate negaturos eos conſpiciet prædictorum humorum ſubſidentiæ impoſſibilitatem, qua ex aduerſo ſupponitur; loquendo ſaltim de prædictis humoribus prout ſunt in intemperato corpore, & à proprio, naturalique ſtatu recedunt, quo in caſu, nec ſanguinis, nec melancholiæ portionem aliquam per vrinam deferri poſſe inficiabitur nemo, & is præſertim, qui Gal. perlegerit 3. Epid. 3. 72. & 82.

Nec maioris quoque probabilitatis extat, quod vltimo loco ſubiungitur in argumento de vi coagulandi ipſius bilis; quia tametſi concedamus eam in opificio calculi ſecundum aliquam ſui portionem coagulatam remanere, negamus tamen coaguli gerere vicem, cum id potius viſciditati pituitæ, eiuſque lentori attribuendum veniat, quàm bili, cui ni per extorrefactionem cõciliata ſit viſciditas, & pinguedo, id muneris competat numquam: licet enim bilis vt coagulum exiccante facultate ſit prædita, quia tamen illud refrigeratoriam habet vim, & adſtrictoriam, Auerroe auctore, aliiſque ex Arabum familia, vt etiam cætera, quæ coagulandi facultatem habent, quales ſunt flores Cardui agreſtis, ſuccus ficulneus, ſemen gnici, myrabolani, caſeum vetus aceto diſſolutum, ac inteſtina piſcium, & præſertim Lucij, aliaque ab eruditiſſimo Nardio in ſua Lactis Analyſi recenſita: conſimilem autem qualitatem ipſa non habeat: conſimilem nec etiam obtinebit virtutem ac energiam, vt nec conſimilem cum coagulo habet generationem, cũ illud in hepate, tamquam excrementum reijciendum conſurgat; coagulum verò idem cum lacte ſubſtantificè exiſtens in eorum animalium ventri-

triculo, quæ ad huc lactant, vt Ariſt. docet, tertiò de Hiſtoria Animalium cap. 21. contineatur. Quapropter cum nec argumentum iſtud, nec quodcunque aliud ex allatis tam efficaciter concludat, vt neceſſarium bilis ingreſſum in lithiaſis opificio perſuadere nobis valeat, nec perſuadere etiam valebit, bilioſiſſimum potius legendum eſſe in Hippocratis textu, quam turbidiſſimum.

At forſan ſubiūget aliquis hoc ſaltem ex ijs perſuaderi, quæ à Proſpero Martiano in Adnotatione ad hunc locum his verbis ponuntur. *Non enim aſſerendū eſt vitium in littera adeſſe (quod nonnulli crediderunt per* Χολωδίϛατον, *ideſt bilioſiſſimum,* Θολωδέϛατον, *hoc eſt turbidiſſimum legentes) cum non ſit inconueniens, vbi caloris adeſt exceſſus, bilioſum ſuccum vigere, qui exuſtionem paſſus, craſſus reddatur; quandoquidem lapidis veſicæ cauſam in infantibus lac bilioſum ſtatuit ipſe Hipp.* Idq. inſuper confirmari ex lib. 4. de Morbis num. 3. quo in loco Hipp. docet *in omnibus cibis, ac potibus, & bilioſi quid eſſe, & aquoſi, & ſanguinei, & pituitoſi in alio plus, in alio minus*: Qua præſuppoſita doctrina negandum minimè venit (vt arguentem audiui Doctorem apprimè clarum) aliquid bilioſi cum vrina ad veſicam deſcēdere, ibique cum alia calculi materia manere poſſe.

Verùm nec ex iſtis, ſi intimius perpendantur, quod ex aduerſo prætēditur, perſuadetur. In primis animaduertere liceat Martiani trepidationem in hac comprobanda ſententia, cum ait non eſſe inconueniens, &c. in quibus verbis congruentiam potius, ac poſsibilitatem, quam perpetuam veritatem, & neceſsitatem inſinuat. Et inſuper dato etiam talem ſuccum illic vigere, perquirerem ab eo, num in cauitate veſicæ adſit, an in venis, vel potius tumorem faciens in alijs veſicæ particulis, & carnoſa ſtomachi ſubſtātia? Si primū,

qua ratione fieri poteſt,vt humor ſua natura tã acris, & mordax tamdiu illic ſtabuletur, vt exuſtionem patiatur, & craſsitiem accquirat, & non potius cum vrina diffluat, excernaturque? Si ſecundum,& tertium, quomodo craſsior factus tranſudat à venis, & partibus illis (ſi tamen tranſudare poteſt ſine earum corroſione) & non potius ad modum ſudoris cum aliorũ humorum ichoribus admixtus guttatim exit,& exiens cum vrina præterfluit?Inſuper dato etiam id poſſe cõtingere, in caſu propoſito ab Hipp. de limi, & arenæ retentione ob veſicæ ſtomachi ardorem, nùm propterea verũ erit generaliter loquẽdo(vt generaliter Hippocrates in cõtrouerſa particula loquitur)in omnibus calculoſis talem adeſſe calefactionem, & ardorem? & ſi adeſt, à bile ſemper illic impacta, & tumorem excitante prouenire? minimè certè, vt quilibet Medicinæ Doctor, & peritus fatebitur. Quamuis enim Hippoc. videatur hic talem ardorem abſolutè requirere, id tamen non præſtat in quarto de Morbis, vbi vniuerſalẽ de hac re tradit doctrinam, non partem, vt in hoc loco, in quo ad problema, & quæſitum propoſitum de bibentibus aquas omnigenas, non æquè in lithiaſim incidentibus reſpondens,ſatis ei fuit probabilem attuliſſe, & particularem rationem,cum præſertim loqueretur de materiali quadam calculorum cauſa non neceſſariò gluten in ſe habente, aut parum, vt limus eſt & arena;Quæ propterea,vt illic remaneret ad concreſcendum in lapidem,veſicam requirebat parum aptam ad excernendum, dimittendumque, vt prorſus eſt cũ à phlogoſi, & inflammatione aliqua obſidetur. Quod profectò quando materia adeſt terrea inſimul,& viſcida nequaquam requiritur, & abſolutè deſideratur,cũ talis materia quamfacillimè valeat nedum in veſicæ fundo vt craſſa, & terrea ſubſidere, ſed illi quoque ratio,

ratione glutinis, & viſcoſitatis adhærere, ac nulla etiam in veſicæ collo obſtructione, vel ab inflammatorio affectu, imbecillitate exiſtente, permanere.

Cum ergo neceſſaria minimè ſit ad calculi generationem inflammatio prædicta, nec neceſſaria erit bilioſiſſimi ſubſidentia, imò eadem præſuppoſita phlogoſi, nec propterea talis ſucci coaceruatio, arguitur inferturque perpetua, vt pariter non infertur ex ijs, quę de lacte à Martiano proponũtur, quęue de cibis, & potibus bilioſum quid continentibus, pro maiori corroboratione ſunt addita. Siquidem quanti valeat argumẽtum à bilioſo lacte deſumptum abſque eo, quod iterum recoquatur ex iam dictis eſt manifeſtum; quodue de cibariorum, & potionum bilioſa portione affertur, ſolummodo arguit poſſibilitatem deſcenſus talis humoris ad veſicam, quod vltrò ac libenter concedimus. Quòd verò talis ſuccus illuc deſcenſus vocari debeat bilioſiſſimum quid, & neceſſariò coacerũari in tali loco, ac concreſcere, nequaquam demonſtrat, vt cuilibet Hipp. Textum legenti patebit. Quare ſi vllam habent tales argumentationes energiam, ea potius erit ad enũciatam à nobis conciliationem firmiorem, probabilioremque reddendã, quàm ad bilioſiſſimi lectionem vndequaque perſuadendam comprobandamque.

An verò quod ex aduerſo diametraliter quaſi prætenditur efficacioribus comprobetur rationibus, vt ex aduerſo contendit aſtruere Medicus alter, an æquè inualidis examinemus iam, atque vno veritatis amore perducti excutiamus, perpendamuſque, ab eo quod primo loco propoſitum eſt argumentum, incipientes. Quod ſane argumentum cũ ab auctoritate clariſſimorum virorum dependeat, nulli dubium eſt, quòd ſicut probabilem reddit, minimèque vituperabilem aſtructam opinionem, ita neceſſariò turbidiſſimi lectionem

Senioris Medici argumenta perpenduntur.

Ad primum.

retinendam fore nequaquam concludit, eò vel magis quòd abſolutè verum non eſt Auctores omnes ab aduerſario citatos vnum ſibi propoſuiſſe ducem Cornarium, ſub eiuſque errore aberraſſe. Siquidem vt alios omittam, & præſertim Martianum, qui & Codicis Gadaldini,& Septalij ratiocinationis habuit notitiam. Baccius Baldinus in Comm. huius libri non vno contentus à Iano Cornario recepto Codice, alijs etiam vtitur in ſua trãſlatione, vt videre præſertim eſt in hoc loco, vbi tametſi in omnibus Codicibus Gręcis, qui à Germanis,& Aldo ſunt impreſsi, fateatur legi particulã illã πρὸς τὸ γινόμενον ὀῤῥὸν ideſt ad ſimilitudinẽ ſeri, ex alio tamẽ antiquiſsimo Codice manuſcripto, reijciendã exiſtimat: Et infra Doctoris etiam cuiuſdã emendationem proponens circa illam vocem, potant, græcè πίνουσι in οὐραίνουσι, ideſt mingunt commutatam, ſatis apertè demonſtret ſe non vno ſolum Codicẽ vſum fuiſſe, verùm alijs, in ijſque omnibus bilioſiſsimum inueniſſe, non turbidiſsimum: quòd reuera communior ſit talis lectio, & vulgatiſsima, vt videre eſt in Codice Vaticano, Medicæo, alijſquẽ celebrioribus exemplaribus; cum ex aduerſo Θολωδέστατον, ſolum legat Codex Gadaldini; & Moyſis Alatini à noſtro ſeniore Medico adductus, & vt ego addo Frobenianus Ludouici Seruini, quemadmodum apparet in catalogo variarum Hipp. Textus lectionum, quæ ad calcem interpretationis Foeſij recenſentur. Quos idem Foeſius ſequutus; quamuis in græco currenti Textu Χολωδέστατον habeat, latinè tamen maximè returbidum legit, & talis lectionis quaſi rationem afferens in adnotationibus ad lib. hunc num. 41. ſic ait. *Hic autem παχύτατον καὶ Θολωδέστατον, vt antea lego pro Χολωδέστατον, quod etiam in Codice Auguſtini Gadaldini legi audio.*

Cæte-

Cæterũ quod ſecundo loco proponitur à ſubtilitate, leuitateque bilis deſumptum argumentum qualem habeat energiam, ſatis ſuperque ex ijs, quæ in enodatione præſentis cõtrouerſiæ fuerunt à me diſputata, manifeſtatur; cum illic non inſufficienter, vt puto, ſit comprobatum, nequaquam inconuenire, vt bilis ſecundum craſsiorem ſui partem, cumque à naturali ſtatu recedit, ſubſidere valeat, vrinariæque lacunæ fundo, ſi præſertim pituitæ ſit commixta, adhærere. Quamuis enim verum ſit quod in argumẽto proponitur, & ab Hipp. & Gal. 2. de Natura Humana tex. 10. his verbis ſtabilitur. *Quidquid tenuiſsimum eſt parte incubat ſuperiore, craſsiſsimum autem inferiore*, attamen cùm bilis etiam tametſi reſpectu aliorum humorum tenuiſsima, craſsitiem habet adiunctam, vt Gal. ait 3. Acut. ſecundo, & alibi, & nos ſupra oſtendimus, quid vetabit quo minus illa quoq; agglutinetur humoribus, ac cum ijs in lapidoſam concreſcat materiam? Nihil certè. Ideoque poſſemus dicere, quod magnus Magiſter, licet talem videret poſsibilitatem, vt qui aliàs in Aphoriſmis, & Coacis Prænot. & alibi bilioſas admiſerat hypoſtaſes; ad maiorem tamen dilucidationem voluit præter craſsiſsimum addere etiam bilioſiſſimum, vt intelligeremus, quòd bilis propriè non ſubſidet tanquam craſsiſsima, & quaſi ex ſua natura, licet ei hoc munus non totaliter repugnet, ſed tanquam agglutinata, commixtaque craſsiori ſucco, viſcido nempe, ac terreo pituitoſo humori. Ad Secundũ.

Nec propterea, quòd caliditatis operatio hetherogeneorum ab homogeneis ſeparationem inducat, bilis omnino à craſsiori materia totaliter ſegregata aſcẽdet, quia portiones illæ, quæ in bile craſsitudinem habentes, ſimilitudinem obtinent cum alia craſsiori

mate-

materia heterogeneæ non ſunt, ſed in craſſitie conuenientes, tantum abeſt vt à calore ſegregationem recipiant, vt magis magiſque ad vnionem redactæ in vnã coagmententur ſubſtantiam, in vnamque concreſcant lapidoſam materiam. Segregat quidem calor impuras à puris particulis, tenuiores à craſſis, ſed non bilioſas à pituitoſis, dummodo inter pituitam, & bilem aliqualis extet in ſecundis qualitatibus conuenientia, qualis profectò illa eſt, quę ratione craſſitiei in dẽſiori, ac terreſtriori bilis portione reperitur, vel in quacunque alia materia, quæ à veſicæ calore exuſta, bilioſi ſucci naturam, & nomenclaturam inſimul æmulatur, vt propterea nulli mirũ videri debeat, ſi vt talis pituitæ, limoſæque naturæ analoga poſſit in vrinæ fundo ſubſidere, atque in veſicæ calculum aliquali ex parte concreſcere.

An forſan id vetabit quod ab exercitatiſſimo viro ex Cardano ſubiungitur, ineptam videlicet eſſe bilem ad calculum generãdum, quia pinguis quodammodo, & butyroſa exiſtens, atque oleoſa concretioni lapidum aduerſetur? Neutiquã.ſ.Illud enim in primis cum formidine maximè recipiendum exiſtimarem, quod ex Hippocrate in 6. Epid. de bilis vnctuoſitate, & pinguedine affertur, quia præterquamquod alia eſt bilis, & butyri, oleique in paſsiuis ſaltem qualitatibus natura, prorſuſque diuerſa, intentio Hipp. illic eſt ſolummodo innuere præternaturalis bilis generationem, eã dicens fieri *ex pingui*, hoc eſt, vt exponit Gal. *ex pingui alimenti parte*, vel vt clarius Valleſius *ex tenuiori ſanguinis portione*, quæ à febrili, putredinoſoue calore exuſtionem perpeſſa in bilem tranſmutatur, ac trãſit. Nõ ergo pinguis eſt bilis ipſa ſua natura, ſed cũ ἐκ τοῦ πίονος, ideſt ex pingui ortũ trahit, ſeu vt ego adiũgerẽ ex admixtione pinguioris oleoſæq. cuiuſdã ſubſtantię,

tię,

Digitized by Google

tię, quã in ſanguine reperiri pro conſimilibus viuentis corporis partibus reſtaurandis, ipſique bili inſeparabiliter quaſi commiſceri veriſimile eſt. Sed dato etiam in hoc humore ſiue naturaliter conſtituto, ſiue multùm à ſtatu naturali egreſſo, pinguedinem aliquam inueniri, atque vnctuoſitatem, non propterea venit omnino excludendus à lithiaſis veſicæ fabrica, quemadmodum nõ excluditur à renum lapidicina, ſi verum eſt, quod ex conciui meo Nicol. deduximus, nempe ad cotes, quæ pro exacuendis ferramentis deſeruiunt, elaborandos conferre, quodque ſupra ex Monardes de orientali Bezoartico lapide fumidam cõtinente oleoſitatem, eſt ab arguente deductum, experientiaque me præſente comprobatum. Vnde vt progrediamur vlterius ſi quoque pacto Cardani recipiẽda venit præſeruatiua medela, non ob aliam rationem exiſtimarem proficuam, niſi quia cum oleum, & butyrum vim habeant leniendi, laxandique vias, non ſolum aluum lubricando materiam poterunt à veſica ad talem partem auertere, ſed ipſiuſmet etiam vrinariæ impuritatis exitum faciliorem præbere, qua forſan ratione valuit Cardano prodeſſe frequens olei vſus, qui aliàs ſtomachum debilitando, cruditateſque calculorum matres excitando, non mediocriter obeſſe potuerat.

Ex quibus ni fallor ſatis apertè colligitur non vndequaque concludere propoſitum argumentum, vt pariter rigoroſè ſaltem loquendo, minimè cõcludunt, quæ ſubſequenter ſunt ſcripta. Tertium namque ſolummodo infert congruentiorem eſſe lectionẽ Θολωδέστατον, quam Χολωδέστατον, quod nos etiam in ſuperioribus admiſimus, & quartum, vt medicè loquendo efficax admodũ videri poteſt, ſic philoſophicè à veritate deſciſcit, quemadmodum in conciliatione abunde ſatis fuit à nobis oſtenſum. Ad Tertium. Ad Quartum.

At

Ad Quintum. At poſtremo loco poſitum argumentum inefficax vndique eſt, nihilque concludit, quod poſſit aſſertionem oppoſitam deijcere: præterquamquod enim à veritate aliena exiſtit propoſitio illa, quod vnum, & idem non poſſit eſſe cauſa materialis, & efficiens, atque in ſemetipſum agere, habita præſertim ratione ad diuerſas talis rei particulas, vt ſemen oſtendit in humana generatione, quod efficiens eſt talis elaborationis validiſſimum, ac materia inſimul tam præſtantiſſimi opificij, vt aduerſus Peripatum omnis Medicorum ſchola fatetur, data etiam propoſitionis huius veritate (quæ tamen in præſenti caſu non habet locum, cum bilis nonniſi per accidens efficienter concurrat, calefaciendo nempe veſicam, à qua poſtea vt materia lapidis caleſit) adhuc tamen non liceret inferre in receptaculo, & fonte bilis .ſ. in ciſti fellea ſemper generari lapides, quia non ſolum agnoſcit Aduerſarius pro lithiaſis materia bilem ipſam, ſed pituitæ etiam neceſſarium requirit concurſum; cumque iſta nequaquã reperiatur, vel rariſſimè in veſica fellis, non mirum ſi inibi quantumuis cauſa adſit efficiens, calculus tamen minimè reſultet, atque concreſcat, quemadmodum ex ſola maſculini ſeminis in vterum eiaculatione abſque menſtruo ſanguine, & fæminæ genitura neceſſarijs concauſis, homo reſultare minimè poteſt, ac generari; & ſi quandoque concreſcit, vt viſum fuiſſe teſtatur Crucius Cent. 3. de Quæſitis per Epiſt. in cadauere Seren. Ferd. I. Mag. Ducis Hetruriæ, dicens in eius veſica fellea ſex adinuentos fuiſſe lapillos forma rotundos, & colore nigros, vtique illuc alios etiam humores præter bilem ipſum confluere eſt aſſerẽdum. Atque hæc de vltimo argumento, deque tota hac diſputatione ſufficere poſſent, ni in ſummario ſuarum rationum duo adderet Excellentiſſimus Doctor, quæ animad-

animaduerſione ſunt digna, & pulcherrima inſuper conſurgeret difficultas de Aqua Tiberis tātopere commendata apud Romanos, & tamen omnigena, & ex magno flumine hauſta; quæ pariter diluenda venit, ac explicanda.

Dicit ergo quod bilis non poteſt eſſe cauſa materialis calculorum, quia ſi hoc eſſet, calore liquarentur, & eſſent participes ſaporis amari, quæ duæ rationes quantum valeant, non agnoſco. Primæ enim robur pendet ab experientia; at ego, imò nec ille tale quid experti ſumus, ſed ipſe ſolum ab alio audiuit eruditiſſimo Medico, lapides .ſ. in renibus genitos, ſi in aquam calidam inijciantur ob bilioſę materię præſentiā liquari, ſecus eos, qui in veſica coagmentantur; quod an verum ſit nec ne, experientiæ vt dixi committendum: Quæ profectò non vniuerſaliter hoc in quocunque renum calculo demonſtrabit, ſed in ijs tantummodo, qui ab exiguo calore, parumque glutinoſa materia, & craſſa, ſed multum bilioſa, ſuam habuerint originem, quales profectò illi non ſunt, qui in veſica conſurgunt, in quibus vel nulla, vel exigua bilis portio, vnde ob pinguedinem ſequi poſſit liquabilitas, locum habet.

Duæ aliȩ rationes ſenioris, & earum examinatio.

Quod verò vlterius proponit ab amaro ſapore elicitum, præterquamquod contra noſtrā conciliationem, in qua admittimus exiguum bilis concurſum intellectu potius, quàm ſenſu perceptum, non pugnat; inſtantiam habet validiſſimam in ſanguinea maſſa, in qua vt nemo bonæ ſcholæ inficiatur reperiri bilem ipſam, ſic nullus fatetur amaritudinem vnquā deguſtaſſe, niſi forſan cum putredo eam inuaſerit, & naturalis humorum ſtatus, ac ſymmetria non modicam ſenſerint mutationem: Quare cum nec rationes etiam iſtæ ſic valeant ſui auctoris corroborare ſententiam, vt contrariam opinionem funditus deſtruant, atque conuellant: imò

de vtriuſque partis argumentis id ſatis clarè, vt oſtendimus, verificetur, iam quæſo ab extremis diſcedentes ad enunciatam concordiam pacato animo deueniant præclari viri, nobiſque ijs non renuentibus, iterum pronunciare fas ſit vtramque lectionem quoquo pacto retineri poſſe, ac commendari, bilemque ipſam in veſicæ calculi opificio, ſi non medico, philoſophico ſaltem intuitu deprehendi.

DE AQVA TIBERIS Dubitatio.

Qua peracta, confirmataque concordia, quid tandem pro Tiberinæ aquæ tutela aduerſus excitatam oppoſitionem dicemus? Cum enim omnigena ſit aqua iſta, & ex multis fluminibus, ijſque diuerſas habentibus qualitates coaceruata, cùmque perpetuò turbida ſit, & lutoſa, quomodo eas non inducet affectiones, quas Hipp. ab huiuſmodi aquis prouenire enũciat *calculos. renum morbos, vrinæ ſtillicidia, coxendicum affectus, & hernias?*

Laudatur aqua Tiberis.

Collaudatur tamen (quidquid in contrarium nonnulli ſentiant Doctores) Tiberina aqua à viris clariſſimis, inter quos vnum amabò audiamus Andream Baccium in aureo illo de Thermis opere libro primo cap. 9. ſic loquentem: *Atque hæc quidem potiſſima cauſa eſt de Aquæ Tyberis bonitate, quæ è paucis, ſcilicet mineralibus aquis calidis, ac miſturis, ac omni partium cruditate digeratur, ac reddatur aerea, iucunda in potibus, ac ſaluberrima, qualem inuenio habitam fuiſſe vſque ab Vrbe condita; niſi quando quadringentos poſt annos, introducto Thermarum vſu, ac exinde aucta cloacarum illuuie inſtar maximi fluminis, Strabone teſte, dimiſſa fuit, vt nimium inquinata. Quare ceſſatis Thermis, ac aquarum ductibus dirutis, cùm à ſeptingentis hinc annis ad Tyberinarum potus reditum eſt, nullus vnquam ex Scriptoribus poſtea, aut Medicis, eas in potibus condemnarunt. Niſi ad opinionem quidam, aut qui varia eius*

inqui-

Digitized by Google

inquinamenta abhorrent: Et ſi Romæ nihilominus communiſſimo vſui ſint, atque bibantur vtiliter. Imò examinatæ pluries in tanta ſummorum virorum luce, in eam omnium, ac Principum exiſtimationẽ venere, vt habeantur incomparabiles. Summæ ſẽper obſeruantiæ Paul. III. Pont. Max. qui admirando circa curam corporis ſtudio tres, & octoginta vixit annos, Tiberinas ſecum aquas quacunque iret, longiſſimo etiam itinere adferri iubebat, quas biberet, & item Clemens VII. aliјque.

Quamuis ergo omnigena ſit aqua Tiberis in eiuſque admixtione ex confluxu plus XL. fluminum non-nullæ extent illaudabilis qualitatis portiones, quia tamen exiguę admodum ſunt iſtæ, & paucæ, plurimæ verò quæ ex ſuis venis bonæ, ac potabiles, non vituperanda ea, damnandaque eſt: quòd diù in conſeruis præſertim, & dolijs aſſeruata tenuior euadat, & purior, omnique prorſus ſpoliata immunditie; qualem ſanè non vituperat Hipp. ſed eam tantùm, quæ vel non defęcata bibitur, aut in cuius admixtione partes alicuius prauæ qualitatis bonas ſuperant, ac deuincũt, vt Eridani, Albis, & Danubij, aliorumque variæ, crudæque mixturæ fluminum aquæ ſunt, non Tybris. Scimus enim inter maiora flumina nonnulla reperiri, quorum aquæ longo tractu maturiores euadunt, & vtiles, vt Rhodanus eſt, & omnibus alijs longè maior, & ſalubrior Nilus, vt propterea non Auguſtus modò, ſeu vt Ael. Spartianus ait, Peſcennius Niger, cùm in Aegypto eſſet, & milites de vini caritate apud ipsũ conquererentur, illis reſponderit, *Nilum habetis, & vinum quæritis?* ac Philadelphus, auctore Polibio, aquam Nili ex Aegypto Berenici filiæ, quæ Antiocho nupſerat, ob delitias in Syriam dono miſerit, ſed ex noſtris Aetius tanquam digeſtioni vtilem, potuique

Reſponſio ad obiectiones propoſitas.

idoneam, ac virtutibus omnibus exornatam , imò , & Gal. l. de Bonit. Aq. cap. 3. velut nulli alteri fluuiatili ſecundam , & quæ ventrem ſubducit , mulieribuſque purgationes citat , ac in puerperio bibitur , commẽdauerint; cùm tamen ſi quod aliud in Orbe magnũ ſit flumen iſtud, ac in ipſum multæ aliæ aquæ , & alia magna flumina ingrediantur , eiuſque aqua vt Tiberina noſtra, limoſa exiſtat, ac ideo pro fictilia vaſa percolatione indigens , vt Gal. primo de Simpl. Medic. facult. cap. 4. teſtatur.

Ad obiectionem de calculo Reſponſio.

An forſan cominus accedens quis dixerit vituperãdam venire Tiberis aquam , quòd lutoſa, cænoſa, craſſa , terreaque exiſtens materiam præbeat generandis calculis opportunam ? quodve Anienem recipiens , è cuius aqua lapis ille, qui vulgo Trauertinus dicitur cõſurgit , talem quoque ſit potis in humano corpore generare lapidem ? Dicet quidem , ſed reſponſum non ſolum habebit eam minime bibi niſi puram, & ab omni craſsitie defæcatam, quod ei contingit, aut ſex menſium ſpatio, vt multi vix concedunt apud Doctiſsimũ Zacchiam lib. 5. Quæſt. Med. leg. tit. de Aere, Aq. & locis, aut breuiori interuallo vt Bacc. vult, & communiter exiſtimatur , ſed eius qualemqualem craſsitiem ab admixtione ſulphurearum quarundam aquarum omnino corrigi, ac deperdi, quæ admixtio tantę eſt energiæ , ac roboris , vt ſi quam forſan Anienis tribuit lapideſcendi vim , irritam eam prorſus reddat , ac vanam.

Alia obiectio.

Verùm ſic vltra dubitauerit alius Reatinæ Paludis exẽplo, cuius aqua paulatim in ſaxũ creſcere animaduertitur ob ſulphuris viſcidam ſubſtantiam, quam Velinus conducit : Quare tantum abeſt , vt ſulphureæ aquę Tiberinis admixtę, attenuandi vim habeant, ac pręſeruãdi à calculoſis affectibus, vt craſsitiem potius, ac vi-

ac viſciditatem adducendo, nephritidem, ac lithiaſim afferant, & inducant.

Attamen ſi conſiderare velimus non æquè de rebus intra noſtrum corpus aſſumptis, ac ſub dio exiſtentibus loquendũ eſſe, nullius forſan roboris extare difficultatem propoſitam aduertemus; multa enim exterius à frigore concreſcunt, quæ intus à calore natiuo liquefactionem recipiunt, vt in caſu propoſito ex eo euenire deſumi poteſt; quòd tametſi Anienis fluuius quacunque pertingit, lapidem faciat terram, & ligna, & cortices, totoque ferè anno eius aqua turbida Tibure bibatur; nihilominus tamen, vt Baccius notat lib. 3. de Thermis cap. 3. rariſsimè ab iſtius Ciuitatis incolis lapidum, arenularumque vitia perſentiuntur: quòd videlicet abſterſoria, atque acri qualitate, qua inſigniuntur tales aquæ magis magiſque à calore naturali excitata, emundare potius, ac depurare vrinarios ductus ſint aptę, quam illic remanentes, vel tophaccam adipiſci naturam, vel alijs accommodatis materijs occaſionem præbere, qua in lapides, arenulaſque coagmẽtẽtur. Et ſi Anienis aqua ex ſe ſola lithiaſim nõ valet inducere, quomodo alijs admixta, ab earumque admixtione mirum in modum refracta hoc idem præſtare valebit? Quapropter hæc valeat oppoſitio, incõcuſſaque ſtet Romanorum opinio de Tiberis aquæ bonitate; ac vera inſuper maneant ſaltim vt plurimum, quæ ab Hipp. de omnigenis, & magnorum fluminum aquis fuere propoſita. Reſponſio.

QVAE-

QVAESTIO

De Multitudine Calculoſorum in Vrbe.

QVare cùm prædicta Hipp. propoſitio veritatẽ nõ habeat, niſi vt plurimũ, & ex allatis iam pateat Rhodanũ, Nilũ, & Tybrim ab ea excipi, Tiberimq. pręcipuè; ſi adhuc in talis rei cõfirmationẽ adiũxero, nõ benè ſibi à multis annis cõſulere Romanos, dum aqua hac derelicta, fontanas vſurpãt, & puteales; vnde oritur vt puto quòd frequentiùs nũc, quã anteactis tẽporibus calculis corripiantur, & nephriticis moleſtentur affectibus, vt pro coronide ſũ iam iã præhabitæ diſceptationi adiuncturus, vtique me aberrare non putabo. Aduerto ſanè Problema hoc de frequentioribus hoc æuo calculis (cuius, vt audio enodatio apud magnates etiam viros deſideratur) difficile valde eſſe, ac perarduum, nonnulliſque viſũ iri prima fronte paradoxum, quod à me in eius explicatione pronunciatur; philoſophari tamen non diſplicet in re ardua, ac tentando veritatem aſſequi, alijs ſaltem occaſionem prębere, vt meliora, magiſque proficua meditentur, ac proferant. Agnoſco etiam inſurrecturos non paucos, vanam aſſerentes diſceptationem hanc, vtpote fundamento deſtitutam, quòd minimè conſtet, an verum ſit quod perquiritur, imò fuiſſe ſemper ita conqueſtos Romanos incolas de affectionibus hiſce, vt referente Alexandro Petronio lib. 4. de Victu Roman. cap. 1. non defuerint ſuo tempore *Medici, qui Romæ germanas eſſe has calculorum, & arenularum affectiones obnixè contenderent.* Verùm non conuellit modo viros iſtos exercitatiſsimus is Auctor, & Romanorum

rum morborũ diligentiſsimus obſeruator, dum loco citato *ne milleſimam quidem partem ait obnoxiam his malis ſuo tempore fuiſſe, & vix vnum, aut alterum ex tot, tantiſque familijs tum incolarum, tum Romanorum calculoſum inueniri*. Sed experientia ipſa, cui ſeniores omnes noſtri temporis aſtipulantur, conuincit, quando re aliter ſe habente pauci extant, qui in præſentiarũ aliquo ad vrinam ſpectante morbo non laborent, atque hinc vel morti tradãtur, vt ſpatio ſex menſiũ pluſquam viginti ex veſicæ calculis interijſſe comperimus, vel ſi ex alio morbo decedant, vix accidat, vt lapis non ſit illius affectus, qui enecat ſocius, & aſſectator, quemadmodum ex diſſectione eorundem cadauerum ſæpe ſæpius fit clarum. Vt proinde quæſtionis veritatem quoad an ſit experientia demonſtrante, & ijs omnibus cõfirmantibus, qui ſedulò anteacta tempora, & præſentia obſeruarunt, ſtatutoque ſic rem, de qua inſtituitur indagatio, ſe habere, à ratione profectò non alienum mihi videtur, quod pro reſponſione enunciaui, id nimirum nõ aliunde, quam ex deſuetudine Tiberinæ aquæ velut à principaliſsima cauſa ortum ducere.

Romani calculis obnoxij.

Audiui ſanè nõ raró affectũ hunc ab aliquibus in vina hæc ſuburbana, & ex vicinis oppidis huc aſportata referri, quod nimirũ cũ dulcia ſint, & craſsiuſcula, obſtructiones nõ modo ſint apta progignere, ac cruditates lapillorum cauſas accumulare, ſed ad vrinaria quoq; vaſa eos, quos peperere crudiores, terreoſq; ſuccos deferre, contra ac contingat de potentioribus illis vinis naui huc aduectis, & iam præcurſo ſæculo vſitatis, quæ limpidiſsima cum ſint, ac tenuiſsima, tantum abeſt vt cruditates, atq. obſtructiones, & calculos ipſos poſsint parere, vt ab omnibus hiſce malis præcauere valeant, & præſeruare homines illos, qui eorum moderato vſu pro familiari potione delectantur.

Opinio eorũ qui id tribuũt vinis ſuburbanis.

Audi-

Ab alijs tribuitur ingluuiei cum ciborum varietate.

Audiui inſuper alios id potius noſtri ſeculi ingluuiei cũ ciborũ varietate,ac inæqualitate tanquã accõmodatiſsimæ calculorũ cauſæ tribuentes, quoniã velut ex ea tumultũ,ac ſeditionẽ oriri in ventriculo dicebat Hipp.lib.de Flat.& 2. de Diæta,ſic in veſica, & vrinarijs vaſis multas colligi tartareas fæces,& tenaciores, lentaſque materias lapidicinæ conſtituendæ idoneas, veriſimile eſt; eoque vel maximè, quia cum vinum nimiũ illi aſſocietur,& ab eo,vt optimè deducit ex Plutar.Philoſophorũ noſtri ſæculi ſplendor Licetus,in ſua ad Porphyrij Syringam Encyclopedia, non animi modò, ſed corpora labefactentur, hinc neceſſe eſt plurima conſurgere excrementa non modicum apta ad lythiaſim ipſa inferendam.

Aliorũ reſpõſiones.

Verùm præter hos ſi velimus audire, qui ſales, & ſpiritus lapidificos, vel arenoſam, calculoſamque renum conſtitutionem, aut quod idem ferè eſt ius hæreditarium, vel nitroſam vrinæ ſubſtantiam,aut muccilaginoſos cibos è terra in qua naſcuntur ſeminariũ lapidoſum ſuſcipientes, vel quid ſimile in explicanda calculorum origine, comminiſcuntur; non deerunt ſanè qui affirment vel hodierna alimenta,& præſertim vina eſſe magis perfuſa lapidificis ſpiritibus, magiſque nitroſa, quam antea fuerint, vel calculoſam conſtitutionem, & ius hæreditarium eſſe magis in præſenti ſæculo ampliata, aut demum muccilaginoſos nunc magis extare cibos, & potus, pluſque retinere de lapidoſo ſeminario, quam prçhabitis, prçteritiſque temporibus. Sed cum ſine fundamento, & gratis omnino quoad præſens ſpectat negotium, hæc ab ijs proferri, quilibet vel idiota cognoſcat, atque inſuper ex Hipp. & Gal. ſchola, in qua tantummodo vera medicina docetur, fuerint iam in ſuperioribus opiniones iſtç detruſç, vanum profectò eſſet circa eas iterum immorari,

morari vt varium quoque, ſi velimus longiori oratione, quod ſecundo loco pro hoc diſſoluendo problemate fuit propoſitum, confutare. Quandoquidem, vt nulli dubium eſt ciborum varietatem, ac copiam, eorundemque, & diuerſarum potionum ingluuiem quam multum poſſe ad arenulas, & calculos, imo & omnes alios morbos progignendos, vt lib. primo de Cauſis morb. cap. 14. aſſerebat doctiſſimus Fernel. & aureis illis verbis exprimebat. *Vna Gula omnium eſt prope morborum mater, etiam ſi alius eſt genitor*. Sic à ratione longè abeſt, quod affertur de maiori nũc, quam præterito ſæculo intemperantia, & ingluuie. Mitto enim quod Hippocratis etiam tempore, & alias ſemper fuerunt homines ebrietati, ac crapulæ non ſemel obnoxij, & illud ſolum enuncio, quod à noſtris ſenibus poteſt reſciri, Romanos nempe habitatores longè magis gulæ, & mammonæ elapſis annis indulxiſſe, quã hodie, quando vel apud Magnates ipſos, & purpuratos Conuiuij nomen, immo & cœna ipſa cum auliçorum triclinijs penè exulauit, vel apud alios inferiorum ordinum incolas vix vnquam aut in vineis, & viridarijs, vt olim, vel in proprijs etiam ædibus commeſſationes, compotationeſque ſolitæ habeantur. Ex quo tantum abeſt, vt ingluuiem hoc tempore debacchari calculis generandis idoneam, affirmare debeamus, vt potius ex hoc capite quid omnino diuerſum veniat ſtatuendum.

Cauſa prædictæ frequẽtiæ non eſt ingluuies.

An ergo vinis dulcioribus, imbecillioribuſque, vt fautores primæ reſponſionis conſtituunt, acceptus veniet referendus affectus iſte, de quo inueſtigatur origo? minimè herclè; non tamen vt quis exiſtimabit, ex eo capite, quod vt putat Alexander Petronius loco citato *calculi generentur potius ab immodico potentiũ vinorũ vſu, & vt lapidoſas cruſtas (Tartarum vocant) in dolijs*

Non ſunt vina hodie vſitata.

Nec etiam vina potentia.

H *vnde-*

vndequaque relinquũt, ita intra corpus aſſumpta per venas in renes delata, ſimili cruſtarum ſpecie renes afficiant, & calculos, aut arenulas inducant. Vnde ſubiungit: *Ideo ebrij ferè nulli, qui vinis non aquoſis, ſed vinoſis delectantur, niſi fortè vaſa nimis ampla ſortiantur; calculis non laborant. Vtrique veneri dediti, qui vt eidem ſufficiant, talia vina immoderatè potant, perpauci calculoſi non ſunt,* quia falſam autumo ſententiam hanc, minimèque puto vina prępotẽtia, & valida iam vſitatiora, quã nunc, vim iſtam, quam eis attribuit generandi calculos in hominibus, vt in dolijs cruſtas, & tartarum poſſidere. Præterquamquod enim alia eſt ratio de dolijs, ac de animantibus, cum in illis diù permaneant, nullaque actualis adſit fundens caliditas, in his verò ſtatim perlabantur, & calor reperiatur cuncta peruadens, atque comminuens; certò etiam ſcio Gal. noſtrum quinto de Sanit. tuenda cap. 5. vinum generoſum, & prę-ualidum dummodo ſubſtantia ſit tenue, & colore flauũ ſenibus imperare, *quia*, inquit, *vnum illud maximum ſenibus commodum ex hoc vino accidit, quod omnia eorum membra calfacit, alterum quod per vrinam ſerum ſanguinis expurgat.* Quo loquendi modo apertè ſatis demonſtrat vina hæc præpotentia vim potius arcendi, quam progignendi calculos poſſidere, vt propterea in eodẽ cap. de alijs vinis craſſioribus, craſſumque ſuccum efficientibus ſubiungat eum, *qui illis liberalius vtatur aut aqua inter cutẽ aut calculo laborare, quia ſcilicet vrinas minimè cient, ac mouent.*

Illud verò, quòd in ſuæ opinionis confirmationẽ Petronius adiũgit de ebrijs, & veneri deditis, qui ferè omnes, vt ait, calculoſi redduntur, & fiunt, nõ vinis aſcribendum præpotentibus, & calidis, ſed crapulæ potius, & cruditati, vtpote neceſſarijs ad ebrietatem, & venerem conſectarijs. Quare non ex hoc Scriptoris huius

 ratio-

ratiocinio, & diſcurſu deijcienda venit præallata de noſtratibus vinis aſſertio, ſed ex conſideratione potius horum vinorum, quæ exiſtimantur lithiaſi inferendæ idonea. Vina etenim hæc, ſiue Albanum ſumas, & Tuſculanum, ſiue Orbeuetanum, aut Caſtelgandulphium deguſtes, vel conſimile, tenuia ea ſecundum ſubſtantiam, aut ſaltem nequaquam craſſa reperies, coloreque ad flauum tendente ea vt plurimum reſplendere cōſpicies, & quo ad ſaporem attinet ſubdulcis quidem inuenietur, & gratus, minimè verò ad eum dulcedinis gradū pertingens, quo eæ ſolent eſſe prędítæ eſculentæ, potulentæque materiæ, quibus infarciendi viſcera noſtra ibique obſtructiones pariendi, calculiſque materiam ſuppeditandi vis attribuitur: vt proinde animo nō poſſim concipere quam ob cauſam vinis hiſce tam ſuauibus tenuibuſque, ac quaſi oligophoris tanta labes inuri debeat, ijſque acceptus referri prauus hic, & formidabilis affectus, qui in vrinarijs vaſis ſæpe ſæpius adnotatur. Quandoquidem ſi materialem cauſam contemplor, apta ea minimè video ad illam ſuppeditandam, ſi primas qualitates perpendo, calorem non aduerto effectiuum principium adaugentem, & ſi ſecundas circumſpicio, vim nullam in ipſis adſtrictoriam inuenio, qua meatus illi ſic valeant anguſtari, vt per eos nequeant conſueta recrementa perlabi, exireque. Sed dato etiam ſub iucunda talium vinorum dulcedine prauam hanc latitare qualitatem; an propterea conſtituenda veniet frequentis huius nimiſque communis morbi cauſa, & origo? Minimè certè, cum vina hæc ditiorum tantummodo vinarias cellas ingrediantur, nec inſuper omnia dulcedinem poſſideant vel mediocrem, malumque iſtud æquo ferè pulſet pede domos quaſcunque; tametſi non inficior ob ſedentariam ſaltem vitam frequentiùs apud diui-

Vina Vrbi propinqua non ſūt cauſa frequētioris lithiaſis.

Digitized by Google

Nô vina Cauponum melle condita.

tes obſeruari. An forſan inſurget aliquis illud affirmans, quod in diuitibus præſtant dulces Albani liquores, in alijs efficere vina Cauponum, melle vt plurimum, vel conſimili re alterata, ſeu vt melius dicam adulterata? Inſurget forſan, ſed reſponſionem confeſtim habebit, vina hæc melle condita non ſolum non poſſidere vim iſtam, cũ Galenus loco cit. pro calculoſis ea cõmendet, ſed etiam ſi illã poſſiderent, adhuc tamẽ non ſubſiſtere quod proponitur, cum plerique à vinis hiſce prius etiam vſitatis abſtineant, & illis ſolum vtantur, quæ vel huc aliunde ſunt aduecta, vel in vineis, quæ vndequaque circa Vrbem ſitę ſunt enaſcuntur. Quæ vina, vt id obiter dicam, licet Romanica quaſi per ſpretum ſint appellata, ac vilia, & in nullo ferè pretio ab aliquibus habeantur, non ſic tamen ſpernenda, conculcandaque puto, vt non poſſint & ipſa ad nobiles menſas accedere, ac inter commendabiles, ſanitatíque conducibiles potiones enumerari, ſi præſertim ex eorum ſint numero, quæ in altioribus vineis ſunt collecta. Scio enim apud Gal. lib. de ſuccorum bonitate, & vitio cap. 11. inter laudabilia vina, qualia ſunt, quæ ob ſuam puritatem nouella quoque bibi poſſunt, his verbis recenſeri. *Sola bona ea eſſe poſſunt, ſi bibantur nouella, quæ ſubſtantia tenuia ſunt, quod genus in Italia eſt, quod Gaurium vocant, & Albanum, eorumque, quæ in Sabinis, & Thuſcis naſcuntur quædam, neque enim cuncta huiuſmodi ſunt, ſed circa Vrbem in imminenti huic colle natum, quam primum bibi poteſt.* Quæ vltima verba quis non videt de vino ad Crucem, vt nunc dicitur, Montis Marij, vel in Ianiculo apud S. Pancratium enato, eſſe intelligenda, in eiuſque, & conſimilis, quale in alijs etiam collibus hodierna die depromitur commendationem, atque ençomium vſurpanda?

Laudantur aliqua vina Romana.

Verum

Verum ad penſum redeuntes,cum nulla ex præponderatis cauſis videatur controuerſæ dubitationi ſatiſfacere, illud tandem, quod in eius enodatione indicauimus, ratum, firmumque remaneat, plures nempe calculoſos in Vrbe reperiri nunc, quam pręterlapſis temporibus ob dimiſſam pro quotidiano vſu Tiberis aquam, eiuſque loco non multis ab hinc annis vel puteales,vel fontanas ſubſtitutas. Laborarunt ſane Romani,vt alij homines tempore quolibet affectu hoc, multòque etiam fortaſſe crebrius, quam cæteri Populi, ſi nonnullos excipias magnarũ vrbium incolas,quales eſſe Lutetiæ habitatores ſcribit in ſuis Conſ. Med. Gugl. Ballonius vir tãtæ eruditionis,quantam ei attribuit Pariſienſis Scholæ decus, & ornamentum Renatus Moreus doctiſsimus; tum ob alimentorum,quibus hic veſcimur, & aerem, quem inſpiramus maiorem craſſitiem, & impuritatem, tum ob profundiora animi ſtudia, quibus propter Aulæ, ac ciuitatis conditionem impenſius homines implicantur (quæ eſt cauſa vt reor, ob quã tot animaduertantur Romæ Hypocõdriaci) tum verò ob vitam ſedentariam,& ocioſam, quam in hac Vrbe Magnates ipſi, alijque ſummi viri, quorum paucos propterea ab hoc morbo videmus ſuperſtites, coguntur quaſi ducere,ac ducunt: Sed tamẽ dum aquam Tiberis in delicijs habebant,& nullus non erat, qui eam pro domeſtico vſu in dolijs non aſſeruaret, tot, tantęque non audiebantur de vrinæ difficultate,ac calculis, deque alijs conſimilibus morbis quęrelæ; quia videlicet aquæ huius ope, & adiumento fęliciores exercebantur coctiones,non tam pigri aderant excrementorum egreſſus, nec vrinaria vaſa tam crebrò viſcidis impuritatibus, atque terreis ſaburris infarciebantur. Hinc propterea, vt perbellè arguit Baccius,antiquis illis temporibus,quando vix nata ad totius

Tiberinę aquę deſuetudo eſt cauſa frequẽtioris lithiaſis.

tius orbis Imperium properabat Roma, & aqua alia non erat in vſu, quam Tiberina, tali fruebantur ſanitate eius ciues, vt per quingentos, & plures annos Medicis potuerint carere, ſecus ac poſterioribus contigerit ſæculis, cum Thermarum, Balneorumque gratia, pluribus ſumma magnificentia deductis aquis, illiſque, fluuiatili derelicta, pro potu etiam adhibitis, plures cæperunt experiri languores, & nouis quoque morbis, vt Lychene, ac ſimilibus cutaneis fœditatibus, & Podagra ipſa, lithiaſi ob materialem ſaltem cauſam valde conformi affligtari, quia vt is auctor ſcribit lib. de Vſu aquę Tiberis, non modo à veteri parſimonia, & continuatis exercitationibus receſſerunt, ſed à conſuetudine bibendi aquam hanc, quæ ſuapte natura ſyncera, aerea, ſubtilis, & guſtui ſuauis, & grata, facile in ſtomacho digeritur, ventrem non grauat, aut renes, citò tranſit, & præterlabitur, ſicque à multis, iiſque grauiſſimis affectionibus, vt ſunt præcipuè, quę ad vrinarios ſpectant meatus, præcauere eſt apta.

Cur verò hāc habeat aqua Tiberis energiā præſeruādi quātum in ſe eſt ab arenulis, & calculis, rationem primò mihi detexit perilluſtris Matrona, quæ de fucis interdū mecum colloquens nō vſurpare ſe pro abluenda facie alium liquorem, quam aquam Tiberis affirmauit, quoniam non rarò obſeruauerat ſibi à reliquis aquis remoueri naturalem lenitatem, locoque eius aſperitatem quandam induci, à Tiberina verò antiquum conſeruari colorem, viriditatem vultui impertiri, & carnibus ipſis mollitiem conciliari. Qua audita teſtatione de vltimo hoc iſtius aquæ effectu non ſemel poſtea ex aliarum etiam Illuſtriſsimarum Mulierum obſeruationibus confirmato, illicò in eam deueni ſententiam, vt ratione iſtius, quam inducit mollitiem, ac lenitatem, conferre non modicum poſſet li-

thiaſi

thiaſi tum curandæ, tum præcauendæ.

Memoria ſiquidē repetebā aurea illa, & prægnantia magni Hipp. verba 1.6. Epid. 6. de lithiaſi affectis prolata. *Quieſcere non conducit, ſed exerceri, non repleri, iuuenes veratro purgare, poplitem incidere, vrinarijs mundare, tenuare, ac mollire*. in quibus præter exercitationem, & attenuantem victum, nec non in iuuenibus purgationem ex helleboro, & phlebotomia ex inferioribus venis, medicamentorumque diureticorum vſum, duo proponit in vltimis particulis, *tenuare, ac mollire* animaduerſione digna, vt ſcilicet humores ſubtiles, tenueſque reddantur, viæque ipſæ, per quas vrina deſcendit, & humores, ſiue calculi, aut arenulæ debent tranſire, molles fiant, ac lenes: quia vt Galenus in Comm. tales exponens particulas, ſubiungit, *optima res eſt humores tenues eſſe, & renum ipſorum corpora mollia, vt per ipſa tranſire facilè humores poſſint: ab initio namque calculus in ipſis numquam generabitur, ſiquis hæc vtraque diligēter obſeruauerit*. Quæ omnia tametſi à magnis iſtis Medicinę Dictatoribus de Renum tantūmodo calculis, & in gratiam ſolius curationis videantur dicta, cum tamen eandem habeant veritatem in calculoſo quoque veſicæ affectu, & ratio Gal. de faciliori humorū trāſitu per vaſa mollia tam in pręſeruatione, quam in curatione concludat, imo præcautionis magis propria videatur, nullus ſanè iudicare debebit à ratione alienum, quod in mea reſpōſione conſtituo.

Prima Ratio pro allata cōprobanda ſētentia.

Experiētia porrò demonſtrat Tiberinā aquam ſolidis partibus lenitudinem communicare, ac mollitiem. Hipp. & Gal. mollitiem hanc ſiue pro calculorum actualiter infeſtantium curatione fomentis, alijſque conſimilibus remedijs comparatam, ſiue pro eorūdem impedienda generatione vrinarijs meatibus impertitam maximopere commendant: Commendare ergo

&

& nos quoque debemus aquam iſtam, quę præterquã quod tribuendo vaſis illis lenitatem, ac mollitiem eſt in cauſa vt viſcidæ, crudioreſque materiæ, quæ interdum in ipſa illabuntur, prius erumpant, quam ad tophi corpulentiam poſſint reduci, ſua etiam tenuitate ex mineralium quarundam aquarum mixtione, ac impetuoſo motu contracta, eaſdem potis eſt craſſas, viſcidaſque materias comminuere, atque ita tenuando, ac molliendo, addo, & placidè tanquam vrinarium, vt cum Hippocrate loquar, meatus, & cauitates mundando, egregiam nauare operam ad conſeruandum incolumes ſuos potores ab hac tam crebra, tamque moleſta in Romana Vrbe, ægritudine.

Hinc propterea nõ mirũ ſi paucis ab hinc annis morbus is alioquin ob rationes iã indicatas Romę non infrequẽs, cæpit magis inualeſcere, ac propagari, quoniã præſeruatorij auxilij loco, & quaſi in hũc finem à cælo Romanis impertiti, tales adhibeantur aquæ, quæ vt eædem affirmant nobiliſſimæ Matronæ, & experimentum demonſtrat, non exiguam tribuant cutaneis partibus aſperitatem, ac duritiem, ſicque id ipſum in intrinſecis cauitatibus, vt veriſimile eſt, efficiendo, & remorari excrementorum deſcenſum, & occaſionem præbere lapillis, arenuliſque progignendis commodè valeant. Et hæc forſan eſt altera ratio, ob quam ſubtiliſſimus Cardanus, vt alias innuimus, ad ſe præſeruandum à calculo veſicę, oleo vtebatur, nempe quia vaſa emolliendo, & quoquo pacto lubricando, eſt in cauſa, vt humores ad concreſcendum in lapides accommodati citius excurrant, priuſque è corpore egrediantur, quam tophaceam poſsint adipiſci naturã.

Sacũda Ratio.

Tertia Ratio.

Cæterum facultatem hanc Tiberinæ aquę illud inſuper nõ incongruè poteſt perſuadere, quod ab Alex. Petronio lib. 2. de Victu Rom. cap. 6. poſt multas comme-

memoratas aquę huius dotes, & oppugnationes repulſas, in medium proponitur diſquirendum, *quare*, videlicet, *nonnulli qui arenulas meiere ſolent, ſi vinum cum alijs aquis miſceant, pauciores, cum Tiberina multò plures interdum mingere videntur*. Iſtius enim effectus cum non debeat agnoſci cauſa, vel vinorum aquæ huic admixtorum copia maior, vel renum amplior ſtructura, vt pro hoc elucidando problemate, ſeſe contorquens imaginatur is author, agnoſcenda ſane veniet mollities iam dicta, vtpotè quæ vaſa leniendo faciliorem arenulis parat deſcenſum, aliàs à cæteris aquis rugoſitatem, ac duritiem inducentibus non modicè retardatum.

Perſuadere inſuper id ipſum quis poſſet, ſi in mentem reuocauerit quæcumque ſuperius ex Hippocrate in controuerſo 23. textu libri de Aere, Aq. & locis fuere deducta, quando illic mirabilis auctor ſibi proponens explicandam cauſam propter quam ex illis, qui aquas omnigenas, & ex magnis fluminibus bibunt, alij corripiantur calculis, alij non, eos detineri tali morbo affirmat, qui vrinam ob quendam veſicæ ardorem ægrè dimittunt; eos verò immunes perſiſtere, atque incolumes, qui tali ardore vacui vrinam facilè eijciunt; qua in problematis ſolutione, quis non videt magnum magiſtrum minimè auſpicari talem diuerſitatem ex varia potionum vel alimentorum materia, aut ex alia re nonnaturali incongruè vſurpata, ſed ex ſola oris veſicę bona, vel mala ad vrinam dimittendum diſpoſitione? talemque prauam diſpoſitionem per phlogoſim vtpotè coarctantem, corrugantemque os illud exprimere? Quaſi vellet innuere materiã omnem, quæ vrinę egreſſum retardare eſt apta, aptã quoque eſſe ad lithiaſim inferendam; eam verò quæ coarctationem, ac ſiccitatem remouendo, earumque Quarta Ratio

I loco

loco mollitiem, ac læuitatem inducendo, faciliorem illum poteſt efficere, apprimè idoneam, accomodatumque eſſe ad præſeruandum à tali malo. At vi iſta emolliendi præditam eſſe Tiberis aquam, & ſuperius enarrata demonſtrant, & eiuſdem aquæ reprehenſores, talem mollitem velut defectum, obijcientes, inficiari non poſſunt.

Vltima Ratio. Vltimo tandem confirmari poteſt noſtra ſententia, quia vt iã ſupra fuit oſtenſum,& Aetius lib.11.cap.6. declarat, cum morbus is non aliunde ſuam trahat originem, quàm ex cruditatibus ad imperfectam præſertim chyloſim ſuccedentibus (propter quod eos vellicubat Galenus quinto de Sanit. tuenda cap. 1. qui calculis torquentur, quaſi ex non ſeruato optimo viuendi modo in cruditates, & affectiones iſtas ac conſimiles incurrant) omnia ea, quæ poterunt talium cruditatum geneſim impedire, atq. earumdem prouentum arcere,poterunt, & quoque lapidationis ortui impedimentum inferre. At Tiberis aquam munus hoc non imbecilliter exequi poſſe colligere inde licet, quòd in ea ſicut citius legumina concoquuntur, carneſque perfectius elixantur, & albidæ fiunt, ſecus ac in alijs aquis contingat, quæ vt etiã Petronius animaduertit; *carnem dum in illis elixa fit, non perinde ac Tiberina reddunt albam, ſiquidem ſua craſſitie ſuccum rubrum impingunt intro: quamobrem caro intus rubra reperitur, quod Tiberinæ nunquam euenire conſueuit*; ſic & in ventriculo idem accidere quilibet ſciet, qui Ariſtotelis doctrinam in quarto Meteorologicorum, cùm alimenti in corpore concoctionẽ elixationi facit ſimilem, habebit perſpectam. Quare ſi aqua iſta chylificationem adiuuando, cruditates poteſt arcere, arcere quoque valebit calculos ipſos ex cruditatibus ortum, generationemque trahentes.

Ve-

Verum enimuero quantumuis hæc omnia ſatis, ni fallor, poſitionem noſtram confirment, atque ſtabiliant; pulcherrima tamen in contrarium excitatur dubitatio, non quidem vel ex Hippocrate damnante commixtas aquas deſumpta, vel ex Petronio ſupra omnes aquas Romæ vſitatas fonticulum ſancti Spiritus extollente elicita, vel ex ſaluberrimo fonte in magno Vaticani atrio excitato, & ob ſuam perfectionem, atque BARBERINAM APEM quæ liquorem effundit tale Diſtichon merente, Obiectio.

Quid miraris Apem, quæ mel de floribus haurit,
Si tibi mellitam gutture fundit Aquam,

deprompta (quia ad Hippocratem iam elucidata reſponſio eſt, & laudati fontes ob exiguitatẽ, incommoditatemque perquam paucis in magna Vrbe deſeruiunt) ſed ex Galeni penu, ac viridario eruta, atque exorta; is enim quarto in ſextum Epid. 10. de aquis diſertè, vt ſui moris eſt, ediſſerens, hæc in Almę Vrbium fontium commendationem habet verba: *Romæ namque ſicut, & multa alia in ea Vrbe eximia ſunt, & fontium elegantia, ac multitudo eſt admirabilis: nulla foetidam aquam, aut medicatam, aut turbidam, aut aſperam crudamque effundente*; quibus clarè admodum demonſtrare videtur verum minimè eſſe aquas Virginem, Felicem, & Paulam ab antiquis neutiquam diuerſas, aliaſque Romæ familiares eam inducere aſperitatem, quam eis attribuimus, ac Tiberinis limphis poſtponendas venire.

Ad hanc tamen propter Auctoris famam, difficillimam obiectionem, Reſpondere in primis poſſem cum Alex. Petronio lib. ſæpius cit. de Victu Rom. cap. 3. Pergamenum per aquam crudam, aſperamque intelligere frigidam, *cum Gal. aquam crudam nullam præter quandam ex Tiburtinis montibus fluentem à Romanis fontibus in Vrbem inuehi tradat*. Sed cum talis re- Reſponſio. 1. Reijcitur.

ſponſio conſona minimè ſit Galeni menti, & doctrinę illic habitæ, vt cuiuis tale commentarium, & verba, iam iam afferenda legenti, patebit, cùm de cruditate in ordine ad facilem, vel difficilem coctionem loquatur; idcirco aſſererem potius in talibus verbis tametſi amplis haud complecti quoſcunque Almæ Vrbis fontes; quando vno illic interpoſito verſiculo ſubiungit, quòd *illæ aquæ, quæ ex Tiburtinis montibus per lapideas fiſtulas in Romanam ciuitatem deriuantur, alijs quidem vitijs carentes crudiuſculæ tamen ſunt, vt neque celeriter caleſiant, vt Vrbani fontes, neque refrigerentur, neque celeriter in ipſis, vt in fontanis aquis, quæcunque inieceris elixentur legumina, & olera, & carnes.* In quibus verbis manifeſtè cōſpicitur illum ab eo encomio, quod vniuerſaliter pronunciauerat, quoſdam excipere fontes, ac proinde Triuij aquam, & Felicem non vndequaque, & abſolutè ſub huiuſmodi laudatione comprehendi, vt reuera comprehendi non debent. De Felice enim nuncupata aqua omnes norunt eius prærogatiuas eſſe exiguas; & de Virgine præter Martialem, qui eam appellat crudam dum ait:

Reſponſio.2.

Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda Virgine, Martiaque mergi,

& iam allatas ex nobiliſſimis matronis declarationes, vnanimiter confirmāt,& docent graues Auctores Petronius,& Baccius,ille quidē dū crudā eā exiſtimat, *& ob quaſdā ſordes nempè ſaxa alba non exiguæ magnitudinis (Tartara vocant) quæ in ſuis ductibus relinquit calculorum effectricem*: hic verò dum inter cætera illud in ea recognoſcit, quod à Romanis mulieribus prius audiueram, vt ſcilicet ſi diutius in ipſa manus, & carnes abluātur gelidæ fiant, & aſperæ, ac tardè admodū carnes, & legumina, reliquaque in ea concoquantur.

Sed

Sed reſpondere inſuper poſſumus Galenum noſtrũ (qui forſan non ita diligens fuit in obſeruandis aquarum Romanarum qualitatibus, vt Baccius, & recentiores matronę) vel de ſumma aſperitate, quam profectò non habent Vrbani fontes loquutum fuiſſe, vel per illas duas vôces, aſperam crudamque, non res diuerſas, ſed vnam intellexiſſe, cùm non vtatur particula diſiunctiua, aut, ab eo illic vſurpata ad exprimendas alias aquarum varias qualitates, ſed coniunctim loquatur, vt videlicet illam inſignem denotaret cruditatem, quæ ſic crudas, atque incoctiles reddit aquas, vt tales propterea duras, graueſque atque indomitas veteres appellauerint, eodem aſſerente in citato loco, Geleno; quam certè cruditatem, non habere Romanos fontes vltrò, libenterque fatemur. Reſponſio. 3.

Quamobrem iam concludere liceat veriſſimam eſſe noſtram ſententiam, adeoque veram, vt etiam ſi in gratiam prę̨clariſsimorum virorum concedere lubeat arenularum, lapidumque frequentiam à vinis hoc tempore vſitatis tanquam diuretica vi prę̨ditis, & materiam ad vrinaria vaſa ducentibus ſed non educentibus, vel vt quis forſan adiunget ex nimio, magiſque continuato gelidi potus humores incraſſantis, viaſque adſtringentis vſu, vel vt alius putabit ex adaucta curruum cõſuetudine prouenire, adhuc tamẽ fatendum ſit omiſsionem ac deſuetudinem aquæ Tiberis velut auxilij eductionem ſuperfluitatum adiuuãtis, humoreſque craſſos quoquopacto prohibentis, & fluida corpora facientis; locum omnino inter cauſas crebræ nimis, ac frequentis hoc ſę̨culo in Vrbe Lithiaſis, obtinere.

FINIS.

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

A

AQuæ bonæ qualitates. pag. 34.
Aqua Tiberis laudatur. 50. & 67.
Aqua Triuij non ita bona vt Tiberina. 69.
Ariſtotelis operum infortunium. 1.

B

BEzoartici Lapides vbi generentur. 8. & ſeq.
Bilis omnium morborum cauſa. 18. & ſeq.
Bilis an poſſit ſubſidere in vrinis. 19.
Bilis quomodo cócurrat ad generationẽ calculi veſicæ. 18. & 22.
Bilis quomodo dicatur fieri, ex pingui ab Hipp. 46. & ſeq.
Bilioſiſsi. lectio admitti poteſt, et quomodo. 22. et ſeq. et. 50.

C

CAlculi veſicæ cuius ſint coloris. 9.
Calculorum cauſa varia à varijs allata. 10. et ſeq.
Calculi quomodo generentur. 12.
Calculorum veſicæ cauſæ duo ex Gal. 27.
Calculi veſicæ cur in viris non generentur ex Hipp. 30.
Calculorum materia quilibet humor. 40.
Calculoſi cur vrinam mingant aqueam. 35. & ſeq.
Calor, an frigus ſit cauſa calculi. 13.
Calor naturalis poteſt eſſe cauſa calculorum. 29. & ſeqq. & 36. & 37.
Cardani præſeruatiua medela à calculo. 8. & 46.
Ciſti in fellea poſſunt generari calculi. 48.
Clemens VII. P. M. ſemper bibebat aquam Tiberis. 51.

E

EBrij cur calculoſi. 18.

F

FOEſius potius legit Θολώδεσατοι. 44.
Fernelij opinio de cauſis calculorum. 11. reiecta 14.

Fer-

Fernelij mos. 14.
Fons in atrio Vaticani exiſtens laudatus. 67.

G

GAleni ſententia de cauſis calculorum. 11. & ſeq.
Gula omnium morborum mater non eſt cauſa frequentioris in Vrbe lithiaſis. 57.

H

HIppocratis operum infortunium. 1.
Hippocr. ſententia de cauſis calculorum. 14. & ſeq.
Hippocr. intentio in loco controuerſo. 17. & 25.
Hermeticorum opinio de cauſis calculorum. 10.
Hypocondriaci multi Romæ, & cur. 61.
Humores omnes poſſunt eſſe materia calculorum. 40.

L

LAc biliosum cur Hipp. vetat puerulis. 27. & 28.
Lapides à calore naturali facti maiores, à præternaturali duriores. 31.
Lithiaſis quid ſit variæ opiniones. 10. & ſeq.
Lithiaſis cauſa extrinſeca in pueris, & adultis ex Gal. 36.
Lithiaſis Romæ frequentior ob deſuetudinem aquæ Tiberis. 55.
Locus controuerſus non videtur genuinus Hippocr. 21.

M

MAteria calculorum. 12. 30. & ſeq.

N

NIli aqua commendata apud antiquos. 51. & ſeq.

O

OLei vires, & quomodo præſeruet à calculis. 47. & 64.

P

PAulus III. Pont. Max. ſemper vſus fuit aqua Tiberis. 51.
Pariſienſes, vt Romani calculis obnoxij. 61.
Præſeruatio quid. 4.
Proſperi Martiani opinio excutitur. 41.

Romani

R

Romani malè ſibi conſulunt omittẽtes aquam Tiberis. 54.
R. laborãt frequentius lithiaſi ob talis aquæ deſuetudinẽ. 54
Romani frequentius nunc calculis laborant. 55.
Romæ an germanus affectus, lithiaſis. 54. & 55.
Roma propter fontium multitudinem, & elegantiam Galeno admirabilis. 68.

S

SEmen concurrit materialiter, & efficienter in generatione hominis. 48.
Serum lactis non eſt album, ſed quaſi luteum. 33.
Sulphurearum aquarum mixtura cum Tiberinis quid mali vel boni poſſit præſtare. 52. & ſeq.

T

TIberis aqua an generet calculos. 52.
Tiberis aquæ deſuetudo cauſa multitudinis calculoſorum. 61. et ſeq.
Tiberis aqua præſeruat à calculis. 62. et ſeq.
Tibure ſemper bibitur aqua turbida, et tamen vix vnquam conſpicitur lithiaſis. 53.
Turbidiſſimi lectio magis congrua. 23. et ſeq. et 44.

V

VEneri dediti cur calculoſi. 58.
Veſica an ſine bilis præſentia ſit inepta ad calculum generandum. 29.
Veſicæ ardor ob quas cauſas fieri poſſit. 25. & 27.
Veſicæ ardor nõ sẽper neceſſarius ad calculi generat. 42. et ſeq.
Vinum aquoſiſſimum præſcribit Hipp. calculoſis. 26.
Vina potentia non cauſant calculos contra Petronium. 58.
Vina Vrbi propinqua vt Albanum, &c. non ſunt cauſa frequentioris lithiaſis. 59.
Vina Romana laudantur. 60.
Vrina ſplẽdidiſsima à calculoſis mingitur, et cur. 24. 32. et ſeqq.
Vrina calculoſorum quales. 34. & ſeqq.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

A

AQuæ bonæ qualitates. pag. 34.
Aqua Tiberis laudatur. 50. & 67.
Aqua Triuij non ita bona vt Tiberina. 69.
Ariſtotelis operum infortunium. 1.

B

BEzoartici Lapides vbi generentur. 8. & ſeq.
Bilis omnium morborum cauſa. 18. & ſeq.
Bilis an poſſit ſubſidere in vrinis. 19.
Bilis quomodo cõcurrat ad generationẽ calculi veſicæ. 18. & 22.
Bilis quomodo dicatur fieri, ex pingui ab Hipp. 46. & ſeq.
Bilioſiſsi. lectio admitti poteſt, et quomodo. 22. et ſeq. et. 50.

C

CAlculi veſicæ cuius ſint coloris. 9.
Calculorum cauſa varia à varijs allatæ. 10. et ſeq.
Calculi quomodo generentur. 12.
Calculorum veſicæ cauſa duo ex Gal. 27.
Calculi veſicæ cur in viris non generentur ex Hipp. 30.
Calculorum materia quilibet humor. 40.
Calculoſi cur vrinam mingant aqueam. 35. & ſeq.
Calor, an frigus ſit cauſa calculi. 13.
Calor naturalis poteſt eſſe cauſa calculorum. 29. & ſeqq. & 36. & 37.
Cardani præſeruatiua medela à calculo. 8. & 46.
Ciſti in fellea poſſunt generari calculi. 48.
Clemens VII. P. M. ſemper bibebat aquam Tiberis. 51.

E

EBrij cur calculoſi. 18.

F

FOEſius potius legit Θολωδίσατοι. 44.
Fernelij opinio de cauſis calculorum. 11. *reiecta* 14.

Fer-

Fernelij mos. 14.
Fons in atrio Vaticani exiſtens laudatus. 67.

G

GAleni ſententia de cauſis calculorum. 11. & ſeq.
Gula omnium morborum mater non eſt cauſa frequentioris in Vrbe lithiaſis. 57.

H

HIppocratis operum infortunium. 1.
Hippocr. ſententia de cauſis calculorum. 14. & ſeq.
Hippocr. intentio in loco controuerſo. 17. & 25.
Hermeticorum opinio de cauſis calculorum. 10.
Hypocondriaci multi Romæ, & cur. 61.
Humores omnes poſſunt eſſe materia calculorum. 40.

L

LAc bilioſum cur Hipp. vetat puerulis. 27. & 28.
Lapides à calore naturali facti maiores, à præternaturali duriores. 31.
Lithiaſis quid ſit variæ opiniones. 10. & ſeq.
Lithiaſis cauſa extrinſeca in pueris, & adultis ex Gal. 36.
Lithiaſis Romæ frequentior ob deſuetudinem aquæ Tiberis. 55.
Locus controuerſus non videtur genuinus Hippocr. 21.

M

MAteria calculorum. 12. 30. & ſeq.

N

NIli aqua commendata apud antiquos. 51. & ſeq.

O

OLei vires, & quomodo præſeruet à calculis. 47. & 64.

P

PAulus III. Pont. Max. ſemper vſus fuit aqua Tiberis. 51.
Pariſienſes, vt Romani calculis obnoxij. 61.
Præſeruatio quid. 4.
Proſperi Martiani opinio excutitur. 41.

R

Romani malè ſibi conſulunt omittẽtes aquam Tiberis. 54.
R. laborãt frequentius lithiaſi ob talis aquæ deſuetudinẽ. 54
Romani frequentius nunc calculis laborant. 55.
Romæ an germanus affectus, lithiaſis. 54. & 55.
Roma propter fontium multitudinem, & elegantiam Galeno admirabilis. 68.

S

SEmen concurrit materialiter, & efficienter in generatione hominis. 48.
Serum lactis non eſt album, ſed quaſi luteum. 33.
Sulphurearum aquarum mixtura cum Tiberinis quid mali vel boni poſſit præſtare. 52. & ſeq.

T

TIberis aqua an generet calculos? 52.
Tiberis aquæ deſuetudo cauſa multitudinis calculoſorum. 61. et ſeq.
Tiberis aqua præſeruat à calculis. 62. et ſeq.
Tibure ſemper bibitur aqua turbida, et tamen vix vnquam conſpicitur lithiaſis. 53.
Turbidiſſimi lectio magis congrua. 23. et ſeq. et 44.

V

VEneri dediti cur calculoſi. 58.
Veſica an ſine bilis præſentia ſit inepta ad calculum generandum. 39.
Veſicæ ardor ob quas cauſas fieri poſſit. 25. & 27.
Veſicæ ardor nõ ſẽper neceſſarius ad calculi generat. 42. et ſeq.
Vinum aquoſiſſimum præſcribit Hipp. calculoſis. 26.
Vina potentia non cauſant calculos contra Petronium. 58.
Vina Vrbi propinqua vt Albanum, &c. non ſunt cauſa frequentioris lithiaſis. 59.
Vina Romana laudantur. 60.
Vrina ſplẽdidiſsima à calculoſis mingitur, et cur. 24. 32. et ſeqq.
Vrina calculoſorum quales. 34. & ſeqq.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google